israel saluus fiat. x.
Deinde aque misse in
terram amoire: reuertuntur
in sanguine. id est populi san
guinis christi fide. Aque enim ait
apocalipsis quas uidisti:

populi sunt & gentes. XI.

Post hec intravit ad pharaonem moises & aaron. petentes iter trium dierum proficisci in deserto populum israel. et ibi sacrificare domino deo. Que est iter trium dierum que nobis incedenda est ut exeuntes de egypto. pervenire possimus ad locum in quo immolare debeamus. Via ista christus est. qui dixit. Ego sum via. veritas. & vita. Que iter trium dierum nobis incedenda est. Qui enim confessus fuerit in ore suo dominum ihesum. & crediderit in corde suo quia deus illum suscitavit a mortuis tertia die. salvus erit. Hec est ergo triduana via per quam pervenitur ad locum in quo domino immoletur. et reddatur sacrificium laudis. Abominationes inquiunt egyptiorum immolamus domino deo nostro. Oves quippe egyptii comedere designantur. sed que abominantur egyptii hec israelite deo offerunt. quia simplicitatem conscientie quam sapientes huius seculi hec est cives egypti quasi fatuitatem deputant. hanc iusti deo sacrificium immolant. & pro deo placere perveniunt. quod seculo ex mundo abiectum & contemptibile esse considerant. secundum apostolum qui ait. Nam que stulta sunt mundi elegit deus. ut confundat sapientes. Ex quo autem loqui cepit moises ad pharaonem. magis affliguntur populus dei. Ex quo in anima hominis sermo dei prolatus fuerit. acrius callidus hostis insurgit. & maiora vitia quibus vincatur immittit. Prius enim quam veniret sermo qui argueret. vitia in pace durabant. Sed ubi sermo dei facere cepit unicuique discrimen. tunc conturbatio magna consurgit.

Proiecit deinde moises xii.
uirgam coram pharao-
ne et serpens factus est. deuo-
rauitque serpentes egyptiorum.
Significans quod uerbum caro fie-
ret. qui serpentis dira uene-
na euacuaret. per remissionem
et indulgentiam peccatorum. Uirga
est enim uerbum dei rectum rega-
le. plenum potestatis insig-
ne imperii. Uirga serpens fac-
ta est. quia qui erat filius dei ex
deo patre natus. filius hominis
factus est. natus ex uirgine. qui
quasi serpens exaltatus in cru-
ce. medicinam uulneribus
infudit humanis. Unde ipse
dominus ait. Sicut moises ex-
altauit serpentem in deserto. ita
exaltari oportet filium homi-
nis. Uirga enim moisi in drac-
onem conuersa. magorum deuora-
uit uirgas. Et christus post gloriam sue
diuinitatis. factus est obediens
usque ad mortem. et per ipsam mor-
tem carnis consumpsit aculeum
mortis. ad testante apostolo.
Ero mors tua o mors. ero
morsus tuus inferne. xiii.
Indurauit dominus cor pharao-
nis. scilicet quia et diabolum
ita sic indurauit post peccatum
ut penitentie compunctio-
ne numquam emolliatur.
sicut in iob de eo scriptum est.
Cor eius induratur quasi lapis.
De hinc feruntur xiiii
plage in egyptum. Hec
et illa in egypto corporaliter
gesta sint. spiritualiter tamen nunc
geruntur in nobis. Egyptus namque
seculi forma est. Prima pla-
ga in qua primo aque uertuntur
in sanguinem. Aque egyptie
erratica et lubrica philoso-
phorum sunt dogmata. que me-
rito in sanguinem uertuntur. qua-
ui rerum causis carnaliter
sentiunt. Sed ubi christus in mundo
huic lumen ueritatis ostendit.
huiusmodi eum conceptioni-
bus arguit. ut ex qualitate

peccatum ipsos agnoscat
errores. In secunda uero
plaga: rane producuntur.
Quibus iudicari figuraliter
arbitrantur carmina poe-
tarum. qui inani quadam
et inflata modulatione:
uelud rane cum sonis et
cantibus. mundo huic decep-
tionis fabulas intulerunt.
Rana est enim loquacissima
uanitas. Ad nichil enim ali-
ud animal ipsi sicut utile est.
nisi quod sonum uocis in
probis et importunis clamo-
ribus reddit. Post hec
scinifes producuntur. Hoc ani-
mal pennis quidem suspen-
ditur per aerem uolitans sed ita
subtile est et minutum. ut oc-
culi uisum nisi acute cernen-
tis effugiat. corpus autem inse-
dens acutissimo terebrat
stimulo. ita ut quem uolitan-
tem uidere quis non ualet. sen-
tiat stimulantem. Hoc ergo anima-
le genus subtilitati hereti-
ce comparatur. que subtilibus
uerborum stimulis terebrat.
tantaque calliditate circum-
uenit. ut deceptus quisque nec
uideat nec intelligat unde
decipiatur. Quod uero ter-
cio signo magi defecerunt
dicentes hic digitus dei est: ma-
gi illum typum hereticorum at-
que animositatem habuerunt.
declarat hec apostolus dicens.
Sic iamnes et mambres res-
titerunt moysi: sic et hii re-
sistunt ueritati homines
mente corrupti reprobi circa
fidem. sed ultra non proficient. De-
mentia eorum manifesta erit
omnibus: sicut et illorum fuit.
Hii autem qui per ipsam corrup-
tionem mentis inquieti-
ssimi fuerunt: in signo ter-
cio defecerunt. fatentes se
ad uersum esse spiritum sanctum
qui erat in moysen. Tercio
enim loco ponitur spiritus sanctus.

qui est digitus dei. Vnde et illi
deficientes tertio signo di-
xerunt: digitus dei hic est. Sicut
autem conciliatur et placatur spiritus
sanctus requiem prestat mi-
tibus et humilibus corde: ita con-
tristatur et ad iniustus in mitibus
ac superbis inquietudinem
excogitat. Quam inquie-
tudinem musce ille breuis-
sime significauerint: sub quibus
vius magi pharaonis defe-
cerunt dicentes digitus dei est hic.

Quarto loco: egiptus
Omuscus percutitur. Mus-
ca enim nimis insolens et
inquietum animal est. Inquam
quid aliud quam insolen-
tes curas desideriorum carnalium
designat. Egiptus ergo muscis
percutitur: quia eorum corda qui
hunc seculum diligunt: desiderio-
rum suorum inquietudinibus fe-
riuntur. Pro quo septuaginta in-
terpretes cinomiam id est caninam
muscam posuerunt. per quam
caninos mores significatur.
in quibus humane mentis
uoluptas: et libido carnis
arguitur. Propter quidem hic lo-
cus significare et per muscam
caninam forense hominum
eloquentiam. que uelud canes
allatrando se lacerant. Quin-
to loco: anima-
lium nece id est pecudum. egip-
tus uerberatur. Vecordia
in hic arguitur stulticiaque inte-
rentium que tamquam inratio-
nabilia pecora cultum et uo-
cabulum dei imposuerunt
figuris. non solum hominum sed
et pecudum. ligno et lapidi-
bus impressis. Ammonem.
iouem. in ariete uenerantur.
et anubem in cane. apim
quoque colentes in tauro:
cetera quoque egiptus deorum
portenta miratur. et in quibus
cultum credebant in esse di-
uinum: in his uidentur miseran-
da supplicia. Decem

Post hec et ueſice cum fer-
uuriſ ſexto in ũbere pdu-
cuntur. Jn uſcerib⁹ argu-
tur doloſa hui⁹ ſcli ⁊ puru-
lenta malitia: in ueſicis
tumens et inflata ſupbia
in feruuris ira ac furoris
inſania. huc uſq; enim
talia ꝑeuꝝ ſuoꝝ figurã.
mundo ſupplicia tempãt.
Post h̄ ũ ũba: uenerunt
de ſupnis uoces. ſcil
et tonitrua. ⁊ grando. ⁊ ig-
nis diſcurrens. Jntonitruis
enim increpationis diui-
ne correptiones intelligũ-
tur: quia ñ ſilentio uerbe
rat: ſ; dat uoces ⁊ doctrinã
celeſtis mittit. ꝑ quã poſſit
culpam ſuã caſtigat ag-
noſcere mundus. Dat et
grandinẽ: ꝑ quã tenera
ad huc uaſtentur naſcē-
tia uicioꝝ. Dat ⁊ ignẽ. fa-
cit ex ſe ſpinas et tribulos
quos debeat ille depaſci.

de quo dic̃ dominus. Jgnē
ueni mitt̃e in t̃ram. Ꝑ hunc
enĩ inſentiua uoluptatis
et libidinis cõſumunt̃.
Quod aũ locuſtarum oc-
tauo loco fit mentio:
ꝑmitt̃ a quib⁹dã ꝓ hi genus
plage diſſidentis aſe et diſ-
cordãtis. humani generis
in conſtantia cõſitari. Alio
quoq; ſenſu locuſte ꝓ mobi-
litate leuitatis accipientes:
tanquã uage ⁊ ſalientes ani-
me in ſcl̃i uoluptates.
Nona plaga tenebre fac-
te ſunt: ſiue ut mẽtis
eorũ cecitas arguat̃. ſiue ut
intelligant diuine diſpē-
ſationis et prudentie obſcu-
riſſimas rõnes. Poſuit
enim dš tenebras latibulũ
ſuũ. Quas illi audacter
et temere ꝑſcrutari cupiē-
tes: ⁊ alia ex aliyſ attēderet
in craſſas et palpabiles
ignorantie tenebras deuolu-
tis

Ad ultimum decimo sig-
no delentur primoge-
nita egiptiorum: siue princi-
patus et potestates et mundi
rectores tenebrarum harum
siue auctores et inuentores
falsarum qui in hoc mundo
fuerunt religionum. quas ex
ueritatis cum suis extinxit et
deleuit auctoribus. Porro quod
sequitur in diis eorum fecit
iudicium: illud hebrei
autumant. quod nocte qua
egressus est populus omnia
in egipto templa destructa
sunt: siue motum terre.
siue tactu fulminum. Spi-
ritualiter autem dicimus quod
egredientibus nobis ex egipto er-
rorum idola corruant: et omnis
prauitatum dogmatum cultu-
ra quatiatur. xv

Interea: fit pascha in occi-
sione agni. Occiditur xps:
de quo in euangelio dicitur:
Ecce agnus dei: ecce qui
tollit peccatum mundi. Ves-
pera immolatur agnus.
in uespera mundi passus
est xps. Prohibentur
qui pascha celebrant os-
sa frangere. Non frangun-
tur in cruce ossa domini: at-
testante euangelista qui dicit.
Os eius non comminuetur.
Sanguine agni liniuntur
utrarumque postes. ne uas-
tator angelus audeat
plagam inferre. Signantur
signo dominice passionis
frontibus fideles ipsi ad tute-
lam salutis: ut hi soli ab interi-
tu liberentur. qui cruore dominice pa-
ssionis corde et fronte signati sunt:
qui et ope loquuntur. Signatum
super nos lumen uultus tui domine.
Unde et appellatur ipsa sollempni-
tas pasche quod nos transitum po-
ssumus uocare. eo quod de peioribus
ad meliora pergere. tenebras sane
egiptiacas reliquimus. Quod autem in-
uenitur de agni in esu

omnis alienigena non co-
medet ex eo. sed in una do-
mo uescetur nec efferetis de car-
nibus eius foras. hoc de Christi cor-
poris sacramento cuius ag-
nus ille figuram obtinu-
it. aperte tenetur scriptum.
cuius corpus et sanguis in una
domo id est in una ecclesia ues-
ci precipitur nec efferri fo-
ris in plebibus scilicet here-
ticorum. que ab eate ecclesie
catholice unitate foris ua-
gantur. xvi.

Precepit deinde populo
dominus per moisen. ut ab eg-
iptiis sibi commoda pete-
rent quae auferrent. sicque moy-
ses et populus preciosis auro et
argento spoliauit egipti-
os iussu domini dei nichil in-
iuste iubentis. Quid non
hec prefigurauerunt. nisi quod
in auro et argento ac ueste
egiptiorum significate sint quedam
doctrine. que ex ipsa consuetu-
dine gentium non inutili stu-
dio discuntur. Sed siue hoc sig-
nificet siue illud. quod exp-
sit gemitus anime preciose tam-
quam uasa aurea et argen-
tea cum suis utique corporibus
quod uestes significant. ad-
iungitur se populo dei ut si-
mul de hoc seculo tamquam de
egipto liberentur. xvii.

Quod non autem fermento subla-
to sic perfectos esse filios
israel de egipto. hoc transibus mo-
dis omnibus si fieri potest clarum
indicium est. ut exeuntes ac
si ei incedens non ambulent
in fermento ueteris mali-
cie ac nequitie. sed in azimis
sinceritatis et ueritatis. quod
est noui hominis conuersatio
relicto pristino homine cum
actibus suis. et in quo totum sep-
tem diebus azima comedebant.
Nos non simpliciter et pure uer-
samur. in hoc .vii. diebus
quibus mundus iste peragitur.

qui ſemper in ſuo ordine
renouatur. Et cotidie nobis
agnus occiditur. et paſcha
cotidie celebratur. ſi fermen-
tum malitie et nequitie non
habemus. ſi innouati nichil
ex ueteris corruptionibus ma-
litie delectemur. Nam quid
eſt aliud fermentum nisi corrup-
tio nature. quod et ipſum
prius a naturali dulcedine
recedens. adulterino acore
corruptum eſt.

In hac nobis precipitur man-
ſione ut ſemper egreſſio-
nis ex egipto memores
ſimus ut celebremus paſcha.
id eſt tranſitum nostrum. de
peioribus ad meliora et pri-
mogenita nostra uitulum id eſt noſt-
rorum operum cunctarumque uirtu-
tum principia domino conſe-
cremus. xviij.

Iam tunc uidetur dominus nocte
in columpna ignis. et per diem
in columpna nubis prece-
dens populum. et dux factus eſt
itineris. Nubes iſta protegens
xpiſtus eſt idem. et columpna. quia
rectus et firmus et fulciens
infirmitatem nostram. Et nocte
lucens. per diem non lucens. ut qui
non uident uideant. et qui uident
ceci fiant. Poteſt et ſic non congrue
accipi. quod xpiſti ſacramentum tamquam
in die manifeſtum eſt in car-
ne uelud in nube. iudici-
o uero tamquam in terrore noc-
turno. quia tunc erit magna
tribulatio ſeculi tamquam ignis.
et lucebit iuſtis. et ardebit
iniuſtis. xviiij.

Sequentibus inde egiptiis
precedit uirga moyſes
aquas. tranſierunt filii iſrael per me-
dium mare rubrum. Quid
mare rubrum. nisi baptiſmum
xpiſti ſanguine conſecratum. hoſtes
ſequentes cum rege qui a tergo mo-
uentur. peccata ſunt preterita que de-
lentur. et diabolus qui in ſpiri-
tali baptiſmo ſuffocatur. Pre-

munt quidem. egiptij. ur-
gent. in itinere peccata: sed usque ad
baptismum. ix.

Post transitum rubri ma-
ris. canet canticum populus
deo. egiptijs et pharaone sub-
mersos. Non aliter et fideles
postquam de lavacro descen-
dunt extinctis peccatis: hym-
num in voce gratulationis
emittunt dicentes. Cantemus
domino gloriose enim honorificatus
est equum et ascensorem proiecit in
mare. Quod tamen melius et dig-
nius ille dicit: qui habuerit
timpanum in manu sua sicut
maria. id est qui carnem suam
crucifixerit cum viciis et concupis-
centiis: et mortificaverit mem-
bra sua que sunt super terram. Iam
de hinc ducitur post maris
transitum populus per desertum: bap-
tizati scilicet omnes per mundum. profici-
entes per multa pericula. sed quod
non vident sperando per patientiam
expectando tamquam in deserto
sunt. et illic laboriose et pe-
riculose temptationes ne re-
vertantur corde in egipto.
nec vitande christo deserit: nam
et illa columna non recedit.

Egressus populus. xi.
de mari rubro occurrit
venerunt in quo tribus diebus
ingredientes non habuerunt
aquam et pervenerunt ad fontem
amarum. que ex amaritu-
dine nomen accepit. Murmu-
rat populus: videns aquam et
potare non sufficiens. Mit-
tit lignum moises magis:
et facte sunt dulces. Intel-
lige amaras aquas: et oc-
cidentis littere et legis hic
figuram. Quibus si immit-
tatur confessio crucis et pa-
ssionis dominice sacramentum
iungatur. et efficitur aqua in-
te suavis: et amaritudo lit-
tere vertitur in dulcedinem
intelligentie spiritualis. Unde
et scriptum est. Constituit deo

minus populo legem et iudi-
cia. et temptauit eum. Alio
quoque sensu: quod aque
uirtute amare ligno in se suc-
cepto dulcescunt: in dicio
erat amaritudo gentium
per lignum crucis Christi. in usu
dulcedinis quandoque esse
conuertendum. Sciendum uero iux-
ta superiorem sensum. quod
primo ducitur israhel ad aquas
salsas atque amaras: et ligno
monstrato adeo dulcibus
effectis. xvi. Postea
ueniunt ad fontes. Primo
enim ducitur populus ad litteram
legis: in qua donec permanet
ab amaritudine recedere non
potest. Dum uero per lignum uite
dulcis fuerit effecta: et intel-
ligi lex spiritaliter cepit: tunc
de ueteri testamento transitur
ad nouum. et ueniunt ad duo-
decim apostolicos fontes. ubi ar-
bores repperiuntur septuagin-
ta palmarum. Non enim

duodecim soli apostoli fidem Christi predi-
cauerunt: sed et alii septuaginta missi
ad predicandum uerbum dei referuntur.
per quos palmam uictorie Christi mun-
dus agnosceret. Si quidem et isti
duodecim fontes: septuaginta
palmarum arbores irrigauerunt.
apostolicam gratiam perfigurauit populus
in septenario numero decuplato
rigante. ut precepta forme populus do-
mini: legis decalogus impleatur.
Murmurat iterum populus xvii.
in deserto propter famem: et con-
sulus respexit. paruit in nube gloriam
dei. accepitque uespere coturnices: et
mane alterius diei manna. Ad
eum prouocatum escas: uerbi predica-
tionis diuinitus misse intelligi-
tur: quod mansuetis per uerba sona-
tia. quasi parere uolatilia pen-
nata: quibus per fidem pascantur
hi qui ad patriam regni celestis
peruenire contendunt. Post quidem
et uolucrum esca ueteris significa-
care legis eloquia: quae plebem
carnalem tamquam carne ale-

bat per uerba comminationis missa quasi
prouocatiua. Unde uespere clamant:
quia cuncta que carnaliter illis
concessa sunt: finem erant ha-
bitura. manifestato autem lumine
fidei datur manna populo. Mā-
na utique quod est xp̄s: qui quasi-
dam panis uiuus de celo descē-
dit. qui per nubes euangeli-
cas uniuerso orbi pluitur.
Non iam murmuranti et temptan-
ti sinagoge. sed credenti et illo
spem ponenti ecclesie. Hoc est autem
manna indeficiens: hic est pa-
nis celi et uerus cibus angelorum.
Quod dī nouum corruptibi-
les. incorruptibiliter pascit.
Quod ut manducaret. uerbo caro
factum est. et habitauit in nobis.
ǭ et qui uescuntur: spiritualiter
uiuunt. Nam illi uetere
in figura carnaliter accipien-
tes: mortui sunt. Non incon-
grue et per manna et celestia
significantur eloquia. Unde et
interpretatio nominis sic sonat.

Manna enim interpretatur
quid est hoc. Cum enim audi-
unt legem dei recitari in
ecclesia: interrogant doctores
dicentes. quid est hoc. Hoc
autem manna minutum erat.
sicut semen coriandri et sua-
ue. Quid uero dei minutius.
quid ne subtilius: aut qˀ
dulcius. et suauius eloquiis
dei. que sunt super mel et fa-
uum. Sed quid est quod
sexta die duplum colligi iu-
betur: quod et sufficiat in
sabbatum. Sextus dies ita-
que est: sexta etas mundi. in qua
nunc sumus. In hac ergo duplum
colligitur: qui per christum sese uite eter-
ne nouum et audit et facit.
In hac duplum recondit.
Qui et bene uiuit. et aliis mo-
dum prebet. Quod reserua-
batur per sabbato: non corrumpe-
batur. Bona enim opera fac-
ta per christum futuram requiem:
in futuro seculo permanent.

Qui uero infideles erant: et propter causa sabbati serua
bant de manna: ebullie
bant ex ea uermes et computres
cebat. Sic et qui propter presen
tem uitam et amorem seculi
thesaurizant. hic ille uer
mis ebullit qui non morie
tur. Isti sunt uermes quos
generat auaritia et diui
tiarum ceca cupiditas. hii
qui habent pecunias et ui
dentes in necessitate fratres
suos. claudunt ab his uis
cera sua. Sed et hic qui prius
susceptum uerbum dei pec
cat: efficitur ei ipsud uerbum
dei uermis qui eius semper
conscientiam fodiat. et ar
chana pectoris rodant. Quam
quam et uermis sit christus: ipso loquente.
Ego autem sum uermis et non homo.
Sicut enim ipse est aliis in ruinam: aliis
in resurrectionem: ita et ipse in man
na fidelibus quoddam dulcedo mellis
infidelibus autem uermis efficitur.

Post manna. con xxiii.
sequentur ipsius ab auctore
sunt: et fons de petra rupit. i.
petra autem que percussa aquam
euomuit: christi figuram habuit.
Quo aperto. cuncta fluxerunt.
Ad quem uelud uirga ligni
passionis accessit: ut ema
naret credentibus gratiam. Percu
ssa enim petra fons manauit:
percussus in cruce christus. sitienti
bus lauacrum gratiam et donum
spiritus sancti effudit. Petram enim
istam figuram christi habuisse
probat apostolus cum dicit. Bibebant
autem in quid de spirituali conse
quenti eos petra: petra autem erat christus.
Quod autem sitiens populus propter
aquam murmurat ad uersus
moysen: et propterea iubet deus ut
ostendat eis petram unde
uiuant. quid hic significat:
nisi quia siquis est qui legens
moysen murmurat ad uersus
eum: et displicet ei lex que
secundum litteram est scripta. os

tendit

tendit ei moises petram quę
xp̄s: ad ducit eum ad ipsam
ut inde bibat et reficiat sitim.
Post hec moyses xv sue.
ascendit in montem
ihc contra amalech mili
tat. venet iugam moises.
brachiaque sua in modum
crucis extendit. sicque hos
tis id est diabolus iram ce
lestis patrie intercludere mol
litur: signo crucis dominice su
peratur.
Dum levaret
manus moises: vin
cebat isrl. Rursus dum in
clinaret: superabat amalech.
Elevantibus autem nobis cunctis noc
tes ad celum: rectores tene
brarum sublevantur. At contra
remissis orantes manibus:
hoc est conversationem terrenam
sectantes. hostis victor inse
quitur. Sedet moises super
lapidem. De zacharia qui
septem habebat oculos et
samuelis volumine appel
latur lapis ad iutorium: et utram
que manum eius aaron
et hur. quasi duo populi. aut
duo testamenta sustentantur.
Devicto amalech: xvi
superveniens iethro socer moy
si ad ducem sephoram ecclesiam: et
utrumque filium ex utroque pro
populo procreatum. Dat moysi
consilium: septuaginta senio
rum. Audit moyses: et facit
quecumque dicit. Ubi magne ad
mirationis est: ut moises pro
pheta deo plenus qui cum deo
facie ad faciem loquebatur. cum
autem ab homine gentili con
silium acciperet: ut faceret omnia
quecumque diceret illi. id est ut for
mam humilitatis posterorum
principibus daret: et futurum sa
cramentum designaret ima
gine. Sciebat enim futurum
quandoque quod populus ex gen
tibus congregatum ea que in
lege erant eo suggerente com
pleret. Utrumque et specialem in

tellectum afferret ad legem dei. Et sciebat quia audiret item ipsius legem ut faceret omnia quecumque diceret legisque diminutio suggerente euangelio compleretur. xvii

Secessit itaque post hec ipsis quadragesima septima die egressionis ex egypto ad montem sinai. Ubi moises ascendit ad dominum et dominus ad eum descendit. Sed quid est moraliter quod moyses in monte ascendit et dominus in monte descendit? Mons quippe altitudo nostre salutis est in qua ascendimus ut ad ea que ultra infirmitatem nostram sunt intuenda sublevemur. Sed in hanc dominus descendit. quia sepius multum proficientibus parum de se aliquid eorum sensibus aperit. xviii

Iam deinde quinquagesima die post actum pascha data est lex moisi. Ita et quinquagesima die post ascensionem domini quam pascha illud prefigurabat: datus est spiritus sanctus promissus paraclitus descendens super apostolos et qui cum eis erant: in centum viginti moysaice etatis numero constitutis. Et divisis linguis credentium totus euangelica predicatione mundus impletus est. Dicitur illic scripta lex digito dei. Et dominus dicit de spiritu sancto: In digito dei eicio demonia. Aspiciat illic cunctus populus voces et lampades montemque fumantem tonitrua et fulgura. clangoremque bucine perstrepentem. In vocibus namque et tonitruis: clamor predicationum intelligitur. In lampadibus claritas miraculorum. In sonitum bucine: fortis predicatio sanctorum. Que omnia in adventu sancti spiritus conpleta sunt: Quando omnes discipuli Christi in unitate li

gnarum preceptis & signis in
conuenit. Interpretatur autem si-
nay rubus quod significat
ecclesiam: in qua et dominus moisi
loquitur. Quod autem legem da-
turus dominus in igne fumoque
descendit: hoc significat quia
et fideles claritate sue ostensio-
nis illuminat. & infidelium
oculos per fumum erroris obscurat.
Quod uero uidetur in caligine:
hoc significat quod impii qui te-
rrena sapiunt. caligine ma-
licie eum descendentem id est in
humilitate nascentem non ag-
nouerunt. Augustinus in caligine
uisus dominus legem dedit: quia ue-
ritatem sue legis non secuturis
infidelibus quasi per caliginem
dixit. ut uidentes non uideant:
et audientes non intelligant.
Dat igitur inde deus XVIII.
moysi legem in noticie
nostre & cognitionis sue: ean-
demque in x uerba constituit. &
saxeis tabulis digito suo
scripsit. Que quidem precepta
ita sunt distributa: ut tria per-
tineant ad dilectionem diuine
trinitatis: septem uero ad amorem
fraternum. quibus societas huma-
na non leditur.

Primum decalogi manda-
tum ad deum patrem pertinet:
de quo dicitur. Dominus deus tuus. deus unus est.
Utique ut hec hoc audiens: unum
deum patrem colat: & in mul-
tos fictos deos fornicationem
suam non effundat. In hoc pre-
cepto: prohibetur coli aliqua
in figmentis hominum dei
similitudo. Non quia non habet
imaginem dei: sed quia nulla
imago eius coli debet nisi illa
que & hoc est quod ipse nec ipsa
pro illo: sed cum illo. Secun-
dum preceptum de filio dei est. ubi
dicitur. Non assumes nomen domini dei
tui in uacuum. Creatura enim
mutabilis est. ac propterea dicitur omnis
creatura uanitati subiecta est.
Ergo ne quisquam filium dei uerbum

per quod facta sunt omnia
putaret esse creaturam: ideo dici
tur non accipias nomen domini dei
tui in vanum. id est ne existimes
creaturam esse christum filium dei.
quoniam omnis creatura vanitati
subiecta est. sed credas eum equa
lem esse patri. deum de deo. verbum
apud deum per quem omnia facta sunt.

Tercio precepto legis insinua
tur de observatione sabba
ti: quod ad spiritum sanctum pertinet cuius
dono requies nobis sempiterna pro
mittitur. Nam quia spiritus sanctus
dicitur in quo nobis requies eter
na tribuitur: propterea septimum
diem sanctificavit deus. In aliis enim
diebus operum nusquam nominatum
sanctificationis: in sabbato vero dicitur
requievit deus. Proinde ergo hoc
mandatum refertur ad spiritum
sanctum: tam propter nomen sanctificatio
nis. quam et propter etiam requiem
ad donum spiritus sancti pertinentem. Di
citur enim ibi. Memento ut di
em sabbati sanctifices.

Sex diebus operabis et facies
omnia opera tua: septi
mus autem sabbatum est domini dei
tui: non facies omne opus. In
sex dierum opere: sex milium
annorum operatio designa
tur. In septimo vero requies
beati illius regni temporisque
ostenditur: quod carnaliter
iudei celebrantes peccant. et
hoc non nos ad fidem menda
cis fallentis aptamus. Cla
mat per prophetam. Neomenia
et sabbata vestra: odivit anima
mea. Quomodo ergo sanctificata
est sabbata illa que odit deus?
Illud ergo sabbati est sancti
ficatum: verum post bona vite
huius opera: requies nobis eterna
promittitur. Ideoque quicquid agi
mus si propter futuri seculi re
quiem facimus: veraciter
sabbatum observamus.
Non ut iam in ista vita
nos quiescere existimemus:
sed ut omnia que bona operatur

non habeant intencionē
n̄ requiem sempiternam.
Post tria p̄cepta que sunt
pcedit septenarius nume
rus mandatorum ad dilec
tionem proximi pertinens: & in
cipit ab honore parentum.
Quod tamen in ordine quartum ē.
Honora patrē tuū & matrē
tuam. A parentibus enim
suis homo aperuit oculos:
et hec uita ab eorum dilectione
sumit exordium. Inde hoc mā
datum primum ē in septē:
sicut & dominus in euuangelio
ait. Honora patrē tuum &
matrē tuam: quod ē mādā
tum primum. Sed quomodo
primum quia quartum. Nisi
quia ut predictū ē in septena
rio numero qui pertinet ad di
lectionē proximi: primum ē in al
tera tabula. Nam ideo due
tabule legis date sunt. Iube
tur ergo in hoc p̄cepto filios hono
rare parentē. neque contume
liosos illis existere. sed officio
pietatis debitam reuerentiam
p̄stare. Nam qui parentibus
honorem nō nouit: quibus par
cere poterit: Aut quomodo alios
diligere poterit qui suos odit:
Quintum nō mechabis.
Id ē ne quisquam p̄ter
matrimonii fedus aliis mis
ceatur: ad explendam libidi
nem. Nam specialiter adulteri
um facit: qui p̄ter suam cōiugē
ad alteram accedit.
Sextum: non occides. Et
Sextum non solum ope p
petrans homicidium facit: sed
et qui inuenit in eum esu
rientem uel nudum qui mo
ri possit n̄ indumentū cibūque
porrigendo subueniat: & reus
homicida tenebitur.
Septimum: n̄ furtum fa
cies quod ē uicium ra
pacitatis. Octauū: nō
falsum testimoniū dices. quod
crimē mendacii & falsitatis.

Nonum: non concupisces uxorem proximi tui. In hoc precepto uetat intentionem adulterine cogitationis. Aliud est facere aliquid tale preter uxorem: aliud non appetere alienam uxorem. Ideo duo precepta sunt: non mechaberis et non concupisces uxorem proximi tui.

Decimum: non concupisces rem proximi tui. In quo precepto damnat ambitionem seculi: et refrenat concupiscentiam rerum. Itaque hoc primum preceptum: prohibet superstitionem. Secundum: uetat errorem. Tercium: interficit seculi amorem. Quartum: impietatem. Quintum: allidet fornicationem. Sextum: crudelitatem. Septimum: rapacitatem. Octauum punit falsitatem. Nonum: adulterii cogitationem. Decimum: mundi cupiditatem. Inter hec ergo omnia decem precepta solum ibi quod de sabbato positum est: figurate obseruandum precipitur. Quam figuram nos intelligendam: non per ocium corporale celebrandam suscepimus. Reliqua tamen ibi precepta proprie precepta sunt que sine ulla figurata significatione obseruantur. Nichil enim mistice significant: sed sic intelliguntur ut sonant. Et notandum quia sicut decem plagis percutiuntur egyptii: sic decem conscribuntur preceptis tabule quibus regantur populi dei et demones occidantur. xv.

Cur autem in duabus tabulis scripta est lex: nisi aut propter duo testamenta significanda. aut propter duo illa precepta dilectionis dei et dilectionis proximi. in quibus lex tota pendet et prophete. Hoc enim in singulis tabulis explicata est. In una enim

cia precepta ad dei pertinentia
caritatem. in alia uero septem.
pertinentia ad proximi societatem.
Sed cur lapidee iste xxi.
tabule fuerunt. non ad
significandum cor iudeorum la
pideum. Per lapides enim in
sensualitatem demonstra
tur duriciam eorum mentis sto
liditatem. De quo propheta dicit.
Auferam ab eis cor lapideum.
et dabo eis cor carneum. Unde
et apostolus. Non in tabulis lapide
is. sed in tabulis cordis carnalibus.
Neque enim in hac tabule car
nales uo[illegible] ut carnaliter
sapiant. sed quia in compara
tione lapidei qui sine sensu
est caro sentit. idcirco per lapi
dis duriciam significatum est
cor non intelligens. per carnis
sensualitatem significatum est
cor intelligens. xxii.
Quod cum ad diceret dei
a domino. non facietis
uobis deos aureos et argenteos.

altare de terra facietis michi.
Altare enim de terra deo face
re est. in carnationem mediato
ris sperare. Hinc quippe ad
uiuum munus accipitur. quan
do in hoc altare uim humili
tatis id est super dominice incarna
tionis fidem posuerit quicquid
boni operatur. In altare ergo de terra
oblatum munus offerimus.
si actus nostros dominice incarna
tionis fide solidamus. xxiii.
Deinde adiecit. Quod si
altare lapideum feceris
michi. non edificabis illud
de sectis lapidibus. Si enim la
uaueris super eos cultrum.
polluetur. Secti lapides hi
sunt. qui humilitatem scindunt.
ac diuidunt semet ipsos a
societate firma. Podium et sect
ma. Vales in corpore suo non
recipit Christus. cuius corporis figu
ram altaris illius construc
tio obumbrabat. Sed uero non sec
ti lapides ex quibus altare

constructi videntur. Hi sunt qui fidei
moribusque unitate solidantur
de quibus dicit apostolus. Vos estis
lapides vivi, quo edificati do
mus spiritales. His non est incisum
ferrum, quia incorrupti sunt et a
cuta maligni spiritus ignita non
receperunt. Et utrumque unum al
tare faciunt, unitatem fidei in
concordie caritatis. xx.iiij.

Sequitur. Non accedas per
gradus ad altare meum:
idem ne gradatim unum al
io preferens ad me pervenias. neque
priorem atque posteriorem tempore
discernens: quia divisum et se
questratum deum propitium non ha
bebis. Hoc enim arriani faciunt,
qui inequabilem patris et filii
et spiritus sancti substantiam di
vidunt. Iam deinde quam pluri
ma legis precepta damnantur: quibus
omissis que oportuniora sunt di

Precipitur. xxv. cenda. s.
enim post hec in lege: ut he
breus puer si forte in servitute
devenerit: sex annis servi
at. septimo vero anno liber di
mittatur. Quod si egredi ab
servitute noluerit propter uxo
rem et filios, perforabitur au
ricula eius. et erit servus in
seculum. Hoc accipi servum non dicitur
seculo: sed de futuro. Quia in sex
etatibus huius seculi servientes:
in vii vero die eterna sabbato li
beramur: si tamen noluerimus
esse liberi. dum adhuc in secu
lo servi sumus peccati. Si autem
noluerimus: perforabitur nobis au
ricula in testimonio. inuum
in obedientie. et cum uxo
re et filiis nostris quos perti
nimus urbani: id est cum car
ne et operibus eius. iugiter pe
ccati servierimus in eternum. xxvj

Illud vero quid significet quod
in hac lege. ostium proximo
dare invenitur: Ostium enim
enim quisque doctor: tam
quam iure demonstratus
est. Iste autem si in temptionem

auditoris per aliquam prauam
ſanam doctrinam conetur extin
guere: ſi oculum ledat anime
et intellectum eius turbet.
auferatur neceſſe eſt ab eccle
ſie preſulatu: et intellectus eius
turbulentus ac ferox qui
ſcandalum fidei generat proi
ciatur. Sed et ſiquis dentem
leſit auditoris per quos ſcrip
turarum cibos comminuebat:
et diiudicans ſpiritaliter diſtin
guebat. ut ſubtile ex his ad
interiora anime tranſmit
teret ſenſum. Quiſquis ergo
huius modi euellens dentem
conatur a corpore ecclesie precidere.
auferatur dens illius. Den
tibus enim dicitur. Dentes pecca
torum contriuiſti. Siquidem
et manus pro manu: et pes pro
pede depoſcitur. Manus eſt ac
tio operantis: pes per quem in
ceditur ad bona uel mala.
Proiciatur ergo ille qui ſcan
dalum facit non ſolum in facie

ſed et in actibus que per manum
ſignificantur. aut offendi
culum prebet. quo pedes in
telliguntur. Recipiat etiam
conuulſionem qua conuu
ſſit: et gehenne flammam tan
dicit animam. Per que ſin
gula oſtenduntur: ut iſte percuſ
ſor omnibus communicans membris
a corpore excidatur eccleſie. ut ce
teri uidentes timorem habe
ant. et non faciant ſimi

Iubetur quoque in exodo xvi.
hi iſraelitico populo: decimas
frugum cunctarumque primi
tias earum offerre domino. Spi
ritaliter quippe primitie fru
gum uel progenitorum princi
pia operum bonorum oſten
duntur: uel ipſam bonam
uoluntatem que prior eſt opere
quam pelagiani tribuen
do offenduntur. Deus autem diui
na ſibi iubet offerri: in
dicat ad ipſius gratiam
pertinere. In decimis itaque

domino offerendis denarius
numerus perfectionem signi-
ficat: quia usque ad ipsum
numerus crescit. Ideoque sicut
in primiciis principia vo-
luntatum: ita in decimis consu-
mationes nostrorum operum ad
deum referre praecipimur: a quo
et boni operis initium et perfectionis
donatur effectus. Verum quod
dixit. primogenita asini mu-
tabis ove. Per asinum quippe in
loco inmunditia: per ovem
vero innocentia designatur.
Asini ergo primogenita ove mu-
tare est: inmunditiae vitae primor-
dia ad innocentiae simplici-
tatem convertere. ut postquam
illa peccator egit quae ut inmun-
da dominus respuit: ea iam
agendo proferat quae dei sacrificio
munda imponat. Quod vero
sequitur: si non redimes occide-
tur. quia nimirum mens
inmunda ac delictis obnoxia:
si non fuerit in melius commuta-
ta necabitur morte perpetua.

Descendens itaque XXVIII.
Moises de monte cum
tabulis: dum audisset po-
pulum quod fuerit in ido-
la conversus: indignos eos
iudicans accipere legem.
proiecit de manibus suis ta-
bulas. Quibus confractis:
incendit vitulum quem pl-
asmaverant. Sed quid est ve-
lit iste vitulus quem fece-
runt filii israel in solitudine.
vel quid significet quod moy-
ses ipsum vitulum igne
conbusit: minutatimque
concidit et in aquam asperge-
ns potum populo dedit: Si
enim tabulas quas digi-
to dei hoc est operatione spiritus
sancti scriptas acceperat.
ideo fregit quia indignos
eos quibus eas legeret iudi-
cavit. si denique ut abeis
ine vitulus penitus aboleretur: incendit eum et comminuit.

in aqua aspergit atque sub
mersit. ut quod et potum
huic populo dedit: quem non ex
actum factum est ad querendam
et intelligendam propheticam
significationem. Occurrit
ergo iam in terris mentibus tam
quam diaboli corpus signi
ficaverint in vitulum: id est
homines in omnibus gentibus
quibus ad haec sacrilegia caput
est auctor diabolus aureum
propterea quia videntur idola
trie inventa velud a sapientibus
instituta. de quibus dicit apostolus.
Qui cognoscentes deum non
sicut deum glorificaverunt
aut gratias egerunt: sed eva
nuerunt in cogitationibus
suis et obscuratum est insipi
ens cor eorum. dicentes enim
se esse sapientes: stulti
facti sunt. et immutaverunt
gloriam incorruptibilis
dei in similitudinem imagi
nis corruptibilis hominis:

et volucrum et quadrupedum
et serpentium. Ex hac quasi
sapientia iste vitulus aureus:
qualia solebant egyptiorum
et ipsi primates et tamquam
deum homines adorare signi
ficant. Hoc ergo vitulo significatum
est omne corpus. id est omnis socie
tas gentilium idolatrie dedi
ta. Primum hanc sacrilegam
societatem dominus Christus illo ig
ne comburit: de quo in evangelio
ait. Ignem veni mittere in ter
ram. ut quoniam non est qui se abs
condat a calore eius: dum
in eum credunt gentes. igne
virtutis eius diabolica in eis
forma solvatur. Deinde totum
corpus illud comminuatur:
id est ab illa male conspiratio
nis conflatione discissum verbo
veritatis humiliatur. et
comminutum in aqua mit
tatur: ut eos israhelite id est evangelii
predicatores ex baptismo in
sua membra hoc est in dominicum

corpus transferunt. Quorum israhelitarum petro de ipsis gentibus dictum est: Macta et manduca. Si macta et manduca, quare non et concide et combure? Iam ille vitulus per ignem celi et aciem verbi et aqua baptismi ab eis potius quos absorbere conabatur absortus est. xxviii.

Nunc autem quid et triplice significationis habeant requirendum est, quod excussos qui se absentes in ipsum idolum fabricaverunt sine ulla cuiusque necessitudinis distinctione iussit interimi. Facile est ut intelligatur hominum mox interemptione significari viciorum tantum necem, quibus illi ad eandem idolatriam defluxerunt. In talia quippe vicia sevire iubet nos apostolus, cum dicit: Mortificate membra vestra super terram: fornicationem, immundiciam, luxuriam, concupiscentiam malam, et avariciam que est idolorum servitus. De porta non usque ad portam ire est: a initio usque ad inicium, per quod ad mentem mors ingreditur, cum gladio in exceptionis discurrere. Sed et ipse numerus trium interfectorum triplicem formam indicat peccatorum. Omne enim peccatum aut facto aut verbo aut cogitatione committitur. xxix.

Ascendit itaque Moyses denuo in montem, iterumque dat ei dominus legem in aliis tabulis ad instar priorum precisis. Sed quid significaverunt idem tabule quas primum a domino Moyses accepit et sine mora confregit? Tabule ille imaginem demonstrabant prisce legis, que non post longo intervallo pro populi peccato cessatas. Hec vero ad instar priorum iteratum incise novi testamenti eloquia permansura sunt. Unde et in numero decem verbi

legenda signantur: ut per
eundem numerum figuram
crucis exprimeret. Huius enim
in forma in decem litteram est.
Nam recto uno apice assu
mpto in unum ducitur: ru
sus alio non dispari per trans
uersa brachiorum comprimitur.
Unde et ipse ait. Non ueni legem
soluere. sed implere: utique
per passionem crucis. Cuius ima
go fuit in tabulis. xii.

Quid autem est uelit quod
moyses quadraginta
diebus ieiunauit: eiusque
actionis quedam figura est in
huius numeri consideratione.
Quadragenarius enim numero:
et moyses et elias et ipse domi
nus ieiunauerunt. Percipitur
enim ubi ex lege et ex prophetis
et ex ipso euangelio: quod testi
monium habet a lege et prophetis.
Unde et in monte inter utrumque
personam medius saluator
effulsit. ut ab omnibus mundi
illecebris auiditatem nostram
tamquam ieiunio temperantie
refrenemus. quamdiu perfectio
decalogi legis per iiii. eiusdem mun
di partes. id est toto orbe predicatur.
ut decem quater ducta quadrage
narium numerum signent. xiii.

Quod non perceperit moyses ut
claritatem domini uideret dice
ns: si inueni gratiam apud te. Os
tende michi te ipsum manifeste.
Decepit enim in presenti congru
um responsum. quod faciem do
mini uidere non posset. quam ne
mo hominum uideret et uiue
ret. Quod ergo faciem meam ui
dere non potes: id est quia quam
uis usque ad puritatem angelicam
humana est post resurrectionem
natura perficiatur: et ad contemplan
dum dominum indefessa consurgat.
Uidere tamen eius essentiam plene non pre
ualet. quam nec ipsa perfectio
angelica in toto ut integre ad
tingit scire. Secundum apostolum qui ait
Pax dei que exsuperat omnem

sensum: ut sibi audiat et angelorum. Sola enim sibi integre nota est trinitas: et humanitati que tercia est in trinitate persona. Jam de iis de insequentibus; ubi dei: sicut ex ecclesie que misterium figuratum est. Gestavit quippe moises typum populi iudeorum in xpm postea credituri: ideo illi dictum est cum transiero posteriora mea videbis. Quidam hunc sensum in euangelio dicunt esse completum.

Cum ascendisset ihs in montem quando apparuit moyses colloquens cum ihu et ideo ibi completam aiunt istam promissionem quam accepit in monte syna cum dictum est: posteriora mea videbis. Vidit ergo posteriora eius: id est vidit que in posterioribus et novissimis facta sunt. Quod autem ait dominus ad moisen est locus apud me stabis super petram. Et paulo post. Ponam in quod manum meam: et videbis posteriora mea. Quia enim ex sola ecclesia catholica xpus conspicitur: apud se esse locum dominus perhibet de quo videatur. R. xiiij.

In petra moises ponitur: ut dei speciem contempletur: Quia non quis fidei soliditatem tenuerit divinam presentiam non agnoscet. De qua soliditate dominus dicit. Super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Quod non descendente denuo moise cum tabulis facies eius glorificata videtur sed tamen velamine tegitur: Hoc significabat ut ostenderet eandem legem mistico esse velamine coopertam. tectamque in fidelibus atque occultam. Sermo quippe legis habet scientie gloriam sed secretam. Habet et cornua duorum testamentorum: quibus contra dogmata falsitatis in ecclesia armata. Cum enim moises legitur: velamen est po-

situm super cor eorum. Et manifeste cum legis et prophetarum scripturam per nimiam sollicitudinem cordis carnaliter accipiunt infideles. Illis tota facies moysi quodam uelamine tegitur: ita ut non possint loquentis legis gloriam sustinere. Sed si conuersi fuerint ad dominum: aufertur uelamen. Occidens littera moritur: uiuificans spiritus suscitatur. Dominus enim spiritus est. et lex spiritalis est. Unde et dauid orabat in psalmo. Reuela occulos meos et considerabo mirabilia de lege tua.

Iam nunc archam XL. iiij testamenti domini inspiciamus. in qua erant reposite tabule legis. Hanc itaque archam quam de lignis imputribilibus moyses fabricauit: ecclesia que significatur edificata ex omnibus suis mente et corpore incorruptis. Habentibus et interius duas tabulas testamenti: id est obseruantiam legis euangelii. Intus autem ac foris: inauratur archa. Sic et ecclesia quasi aurum radiat tam interius uite splendore: quam exterius doctrine et sapientie claritate. Corona autem aurea per circuitum et quattuor circuli aurei qui per quattuor angulos inueniuntur ad unguem: id significat quia in eo quod ecclesia per quattuor mundi partes dilatata tenditur. procul dubio quattuor sancti euangelii libris accepta predicatur. Que tamen intra unius corone ambitum: id est intra eiusdem fidei unitatem concluditur. Uectes quoque de lignis sethym sunt: que eisdem ad portandum circulis inserantur. quia fortes perseuerantesque doctores. uelud imputribilia ligna querendi sunt: qui instructioni sacrorum uoluminum semper inherentes sancte ecclesie unitatem denuntiant. et quasi intromissi circulis

archam portetur. Qui auro
quoque inveniatur optimi: ut
cum sermone aliis insonaret
ipsi et vite splendore fulgescat.
In hac ergo testamenti ar- xxv.
cha fuit urna aurea: tabule
quoque et virga aaron. Archa
hic ut predictum est: ecclesia est. Hiis
duas tabulas lapideas: id est
duplicis testamenti perfectam
firmitatem. Urnam quoque aure-
am carnem intelligimus christi pu-
ram atque sinceram: que intro-
ditam in se manna perpetue
divinitatis conservat et angeli-
ce illius panis perhenne celes-
temque gerit dulcedinem. Nec
non et virgam aaron item eidem
summi verique pontificis nostri
ihesu christi salutare vexillum: in
mortalis memorie semper invicti-
tate florentem. xvi
Iam porro propitiatorium super ar-
cham testamenti positum .i.
ipse christus insinuatur: qui inter
deum et homines medius propicia-
tor intervenit: de quo dicit
apostolus. Quem proposuit deus propi-
ciationem per fidem in sangui-
ne ipsius. Hoc propiciatorium
arche supponitur sicut et christus
caput est ecclesie. Cuius a dextris
et sinistris duo cherubin consis-
tunt. Cherubin autem plenitu-
do scientie interpretatur. Quid
est plenitudo scientie: id est
dilectio dei et proximi per quam
ad dominum omnes veniunt. Nemo
enim potest pervenire ad deum:
nisi per caritatem. Plenitudo enim
legis est dilectio. Alii eadem
duo cherubin: duo intel-
ligunt testamenta. Nec sunt
duo testamenta que multi-
tudinis sue scientie propicia-
torium dei id est christum sacramen-
ta obumbrant: testante propheta.
In medio duorum animalium
cognosceris. Hi versis vulti-
bus sese respiciunt: dum
in spiritali sensu concordant:
Vivunt enim alterutrum melius s

concordant:

concordant: & in omnibus
rectius consonant. Siqui
dem & ex utroque latere ora
culum id est propitiatorium tegu
nt: quia veteris & novi ins
trumentum tam christi sacramenta
quam ecclesie misteria sub en
igmatum figuris operiunt.

Altare autem illud xxvii.
corpus christi significabat:
sive omnes sanctos in quibus ar
det semper divini ignis & se
per consumitur caro. xxviii.

Posita vero mensa: pacis
et fidei ecclesie gestabat
typum: in qua pascimur
alimentis scripturarum. Eo
cuius unitatem: ex toto or
be undique aplicis dei populus
congregatur: Salomone
dicente. Sapientia hedifi
cavit sibi domum: paravit
suam mensam. miscuit vi
num in cratere. Et reliqua
dicens. Venite et edite de
panibus meis. xxviiii.

Candelabrum autem illud
septem ramorum: spiritus
sancti gerebat imaginem.
qui septiformi gratia illustr
at ecclesiam omnem unita
te fidei consistentem. Alii eun
dem christum candelabrum
intelligunt gestantem sep
tem ecclesias: in quibus septi
formis spiritus sancti splendo
re micat. Huic candelabro
sunt emunctoria: que in esa
ia forcipes nuncupantur. Et
hec quidam duo testamenta
interpretati sunt: quibus peccata
purgantur. quique inter se sancti
spiritus unitate sociantur. Ex
velum autem testimonii quod
oppositum est candelabrum ar
dere precipitur: quia sine
illo veteris testamenti ve
lamine spiritus sancti iam ve
ritatis fulget. Oleum
vero quod de arboribus oliva

rum sumendum dn̄s pre
cipit: eiusdem grām spīs
sancti. ostendit habentem
in se pacē & misericordiam
p saluatoris aduentum:
nū in cordibus nr̄is lumē
ueritatis accendit. sequitur

Nunc figura tabnaculi R.
quod iubente domino
moises fabricare iubetur.
Tabnaculum h̄ p allegoriā
eccl'a ē in huius uite heremo
constituta: de quo psalmis
ta ait. Qm̄ abscondit me in
tabnaculo suo in die malo
rum. Variis igit̄ speciebus ex
truitur tabnaculum: parti
preciosis. partim uilioribus p quod
demonstrantur alios scōs: al
ios peccatores in eccl'a. Fideles
aū omnes & in una corpus
eccl'e constitutos: infideles
ū extra summum collocatos. R.

Ipsum aū tabnaculum cū
in typo eccl'e fieret: columnas
eius quattuor fundi argenteas
dominus iubetur. Columne
iste quattuor euglistē s̄ sci:
firmitate fidei solidati. eligē
tē aū dicuntur: ppt diuini
eloquij claritatē. Harum
columnarum bases pphe s̄:
qui suo gestamine structurā
portant eccl'e. Sup fundamē
tum enim pphatum euglis
te ecclam collocant. eorumque
auctoritate euglicam fidem
confirmant. Caput aū colu
narum aureum: ille de quo
dicit apl's. quia caput uiri xp̄ē.

Iubetur et tabulas R.
deaurari et erigi pcipit: et
fundi earum bases argente
as iubet. Quid enim p ta
bulas. n doctores & apli ex
tensa in mundum pdica
tione dilatati: Quid p ba
ses argenteas. n ut pdictū
ē pphe significantur: Qui sup
in positas tabulas ipsi fir
mi ac stabiles sustinent: quia
aplorum et doctorum uita

dum eorum ꝑdicatione inſ-
truitur: eorum auctoritate ſo-
lidatur. Vn̄ ⁊ conuenīter viii
baſes ſingul' tabul' ſup po-
nuntur: quia dum ꝓphē
ſancti in lib͛is ſuiſ de media-
toris in carnatione concorda-
nt: ſubſequentes ꝑdicatores
eccl'ie in dubitant' edificant.
Et cum in ſemet ipſos nō diſ-
crepant: illo in ſe robur fi-
gunt. Quod aū argenteas ait
baſes et tabulas deauratas:
oſtendit ꝓcepta apl'orum lō-
ge clariora ē͠e quam ꝓphar̄ū.
Tentoria que atrii ad xiij
ſita et circulis ſuſpēſa
atq; innexa ſunt ad modū
coronarum uiginti ⁊ octo
in longum atq; in latum
quatuor cubitis diſtēdunt:
reliq̄ plebem credentium in-
telligant que heret et pen-
det in funic' fidei. Funiſ en-
im triplex non diſrumpit':
que ē trinitatis fidei ex qua
pendet ⁊ ꝑ quam ſuſtinet'
omnis eccl'a. Quod aū uigi-
ti ⁊ octo cubitorum in longū ⁊ in
latum . iiij͛ cortine unius mē-
ſura lex euang'lio deſignantur.
Septennarius namq; nume-
rus legē ſignificare ſolet: ꝓpt'
multa ſeptennarii numeri
ſacramenta. Qui cum ſociat'
ad quatuor euang'lia: quat'
ſeptem: uiginti ⁊ octo nume-
rum faciunt. Decem aūm cor-
tine fiūt ut integrum ꝑfec-
tionis numerum teneant: ⁊
legis decalogum ſignent.
Que cū quinq̄genis anulis
circulis ſ̄ inuic conectuntur:
quinq̄genarius aū numerus
ad ſpm̄ ꝑtinet ſcm̄: un̄ ⁊ qn̄-
quageſimo die poſt paſcha
deſcendit de celo paracl'.
Quod u͛ ſequit' xiiij.
Undecim uela cilicina
fieri ꝑcipiunt': in cilicio qui-
ppe peccatorū oſtenditur fi-
gura ꝓpt' edos a ſiniſtris poſi-

tos. Quoniam ergo superius
in decem cortinis perfectionem
legis tenentes imaginata sunt.
rursus in undenario ciliciorum
numero omnem transgredi
tur denarium transgressoris
legis. Hic e peccatores in eccl'a in
telleguntur. Sed tamen et ipsa sa
ga cilicina quinquagenis
ansis copulantur. quia per peni
tentia signum et spe remissionis.
Post que e et hec tectoria cilicina quibus
tabernaculum tegeretur ut pluvias
et ventos et turbines tolerarent. gno
scat hominum mentes accipi que
que aliquando in eccl'a occulto
dei iudicio quamvis clau
R... sint ... pre
feruntur. Unde et hinc sequenter
pelles arietum ibi subiecit.
ut parietes duces prepositosque
eccl'arum ostenderet. quia de
servire curis temporalibus non
timent. Oportet ut temptatio
num ventos et pluvias de hu
ius mundi conventionibus portet.

ut hii qui intra eccl'am spi
ritualiter quasi bissus et iaci
ntus et purpura fulgent.
securi interius resplendeant.
dum prepositi et rectores eorum
contra procellas et turbines se
culi foras laborant. Lv

Quod ergo in medio tabna
culi velum extenditur
et exterior pars ab interio
re separatur. illud signi
ficat quod nunc prelatis eccle
ea que promissa sunt vel op
parata. quousque revelentur
videre non liceat. Sic enim
et apostolus ait. Nunc videmus
per speculum in enigmate.
tunc autem facie ad faciem.
Quamdiu ergo in hoc mundo su
mus. tamquam per speculum
veritatem videmus. posita
quasi in sancta. nondum perve
nientes ad sancta sanctorum.
Sancta enim possunt esse ea que
in presenti seculo habere sancta conver
satio potest. sancta non sanctorum in qua

semel tantum in anno intrat.
Ad celum est transitum ubi
est propiciatorium et cherubin:
ubi et mundis corde appa
rere potest deus. In qua tamen
conuersatione constituti: non
sine adiutorio spiritus sancti
consistimus. Habemus enim
ex uno spiritus sancti fonte sep
tem lucernas que illuminent
templum ecclesie id est septempli
cem diuini gratiam missam in
uniuerso orbe terrarum: que
templum ecclesie fulgore sancti spiritus
diuersa carismatum clari
tate illustrat. Porro quidem
hoc oppansum uelum qui
partem tabernaculi interio
ris occultabat ne prospice
retur illuc repositum: tem
pus significat quod fuit
sub lege quo quod lex et prophete
continent occulta erant: et
interiecto uelamine uideri
non poterant. Sed postea
quam Christus adueniens
tempore passionis uelum
illud a summo usque deorsum
disrumpit: omnia illa
que antea erant occulta.
per domini passionem ad nostram
fidem sunt reuelata dicente
apostolo. Nobis autem reuelauit
deus per spiritum suum: quia spiritus
omnia scrutatur etiam in
ea que sunt alta dei. xvi.

Offeruntur autem in uno
studio et diuersa dona
ria ad constructionem taber
naculi: iuxta quod scrip
tum est. aurum. argentum.
aes. lapides preciosi. bissum
que. coccum. iacintum. et
purpuram. pelles et arietum
rubricatas. et pelles iacinc
tinas. Sed et ligna imputri
bilia pilos quoque caprarum
ad constructionem taberna
culi. Sed et quicquid in cul
tum et ad uestes sanctas nece
ssarium erat: uiri cum mu
lieribus protulerunt. Animi

las. et in aures. anulos et dex
tralia: omne vas aureum.
in donaria domini separa
tum. Si quis habuit iacinc
tum. purpuram coccum bis
tinctum. byssos et pilos cap
rarum. Figura itaque prioris ta
bernaculi: ecclesie typus est. Per
hec itaque munera significantur
meritorum dona: quibus ornatur
ecclesia. Fideles eius auro com
parantur. Sermo predicatio
nis argento. Quod vero que
in ornamento sive tabernacu
lo necessaria sunt tam viri cum
mulieribus prebent: hoc signi
ficat quia in tota sanctam ecclesiam
virtutes fortium quam parvulos
experiuntur: et exigua opera
infirmiorum que per mulieres
intimantur: omnia locum
inveniunt et ad usus sancte
edificationis accipiuntur. Col
locatio vero ipsa non fit nece
ssitate sed sponte: quia fides
spontanea est. Nam per armil

las que lacertos adstringa
nt: superpositorum validior ope
rantium opera demonstrantur.
Per inaures. subditorum obe
dientia exprimitur. Per anu
los signaculum secretorum os
tenditur. Unde et quedam mi(ste)ri(a)
intelligentium occultantur et
quasi sub signaculo recon
duntur doctores. ne indignis
quibusque dei sacramenta de
clarantur. Unde et viris legitur
et dicitur. In corde meo abscon
di eloquia tua ut non peccem tibi.

Porro pectoralia: opera
bona et dextre convenien
ntur. Per vas aureum in do
naria domini separatum:
divinitatis intelligentia ac
cipitur. Que tanto ab infe
riorum amore disiungitur: quanto
ad sola que eterna sunt ani
mo sublevatur. Porro per iacincti
speciem celestium premiorum os
tenditur. Per purpuram vero
ac tolerantia passionum.

amore regni perpetui exhibita de-
claratur. Per bis tinctum coccum
caritas demonstratur. que pro per-
fectione sui distinguitur. quia
dei et proximi dilectione decora-
tur. Per bissum inmaculata
carnis incorruptio. et splen-
didissimus castimonie candor
ostenditur. Bissum enim lini
est candidum. Per pilos autem ca-
prarum ex quibus ciliciorum
asperitas texitur. dura peni-
tentium afflictio designatur.
Dum ergo alii parvulos et ani-
los forti magisterio exercent.
alii per inaures et dextralia
devotam audiendi obedien-
tiam rectamque operationem
exhibent. alii per vas aureum
preciosum subtilioremque divinam
intelligentiam tenent. alii
per iacinctum purpuram et co-
ccum audita celestia spera-
re. credere. amare non desinunt.
etiam hii qui adhuc sub-
tiliorem intellectum mi-
nime cognoscunt. alii per
bissum incorruptionem carnis
offerunt. alii per caprarum pilos
deplorant aspere quod iuvent
ad miser. Sicque ex tanta diversi-
tate operum unum conficitur
tabernaculum. sic ex diverso pul-
vere unum compingitur. terre glo-
bus in fusione sancti spiritus irrigatur.
Iam preciosa ligna sethim inpu-
tribilia omnes sancti intelli-
guntur mente et corpore inco-
rrupti. neque cum seculo pereuntes
sed permanentes eternum. Lapides
quoque preciosi. confessores. apostoli.
sacerdotes. omnesque iusti in-
telliguntur. Quos et lapides
vivos beatus apostolus petrus
dicit. ut sitis in quo lapides
vivi quo edificatur in templo
dei. Hec ergo omnia offeruntur
in tabernaculo dei. ut nullus
desperet salutem. Offeret sup-
er hec alius aurum sensum.
alius argentum eloquium.
alius vocem eris. sicque fuit

multa in tabernaculo. Men
sa scilicet et candelabrum.
altare. columpne. bases. ta
bule. cathedre. scifi. turibu
la. fiale. mortariola. emunc
toria. paxilli. tentoria. quibus
diversitatibus tota illa taberna
culi id est ecclesie pulcritudo dis
tinguitur. Nam tabernaculum
ecclesia est: in qua est mensa id est
unitas fidei: vel certe scriptu
ra sacra quo universi fideles
spirituali cibo pascuntur. Can
delabrum quippe cum septem
lucernis: Christus cum vii eccle
siis. Et emunctoria quoque et-
hoc est geminum testamentum.
Et columpne doctores sancti: fir
mitate fidei solidati. Nec
non et bases id est prophete suo fun
damine structuram gestant
ecclesie. Ibi sunt et tabule apostoli:
predicationis latitudine di
latati. Sunt tentoria prepositi
videlicet et predicatores: qui
exterius laborant: contra
huius seculi turbines. Sunt
ibi et cathedre. id est distri
butiones honorum sanctorum.
Sunt paxilli: hoc est prin
cipes ecclesie. quibus pendent
omnia genera ipsorum quasi
vasorum. Scyphi quoque:
doctrine eloquia. sive sen
sus. Nec non et turribula. vir
tutes scilicet donorum operum.
vel orationes sanctorum. quibus
odor suavitatis ascendit
ad dominum. Fiale quoque:
apostoli et doctores pleni vita
libus aquis. Ibi lilia vir
ginitatis candor: sive mor
tariola laborum passionumque
tolerantiam quibus morti
ficantur membra penitentium.
Et quecumque species dispensa
tionesque donorum sunt diverse
per spiritum sanctum fidelibus: ut in
singulis distributionibus
perfectum Christi tabernaculum
construatur in quibus
habitat deus in medio eorum.

Porro ungentum LXVII
quo perunguntur taber-
naculum: cisina est quo un-
guitur populus in ecclesia: in quo
divinitas tamquam in taber-
naculo habitat. Hoc quidem
intelligi hoc ungentum virtutes sanctorum: sive odor iusticie
longe lateque diffusus. de quo
dicit apostolus. Deo autem gratias qui
triumphat nos in Christo Ihesu:
et odorem iusticie sue mani-
festat per nos in omni loco. LXVIII
Incensum autem quod ex iiii-
or odoratissimis generibus
in maxima subtilitate com-
minutis. id est stactes onix
galbanum et thure compo-
nitur. hoc in forma oratio-
num fidelium constituta
esse beatus Iohannes apocha-
lipsim ostendit. Et illi quatuor et
viginti quattuor senio-
res preciderant ante agnum:
habentes unusquisque
cytharas et fialas aureas

plenas incensa odoramentorum
que sunt orationes sanctorum. Quam-
quam et speciem quattuor
elementorum: horum quattu-
or odorum nature significa-
re videantur. Et thus quod
perlucidum est aeri comparatur.
stacten vero aquis. galbanum
et onix terre atque igni. ut per hoc
omnium que in celis et in fir-
celum et in terra et in aquis
est: placitum deo incensum est.
hinc creature laudis oratio.
Sanguis autem ille quo moi-
ses populum aspersit ac purificat:
et tabernaculum testamenti et
omnia que in eo erant dicens
sanguis hic sanguis testa-
menti. mirifice domi-
ni ihesu sangui-
nem predicare monstratur:
quo omnium credentium cor-
da purgantur. quo fides ecclesie
signatur: quo omnis populus id est
corpus omni tabernaculi sanctificatur. dicente domino discipu-

lit. Hic est sanguis meus novi
testamenti qui pro multis ef-
funditur ad implendum in
veritate: id quod per moisen
fuerat ostensum in imagine.

Idem nunc indumenta xviii.
pontificis que sint: queque
potius significent. demonstran-
dum est. Sacerdos autem aaron
illum significari figuraliter:
ad quem dicitur: Tu es sacerdos
in eternum: secundum ordinem mel-
chisedech. Vestes eiusdem sa-
cerdotis ecclesia est: de qua dicit
apostolus. Ut exhiberet sibi gloriosam
ecclesiam: non habentem macu-
lam aut rugam. Quattuor
colores ex quibus vestis eius con-
texitur: meritorum diversitas:
que inter sanctam ecclesiam in christi
corpore rutilat. Poderem autem id est
lineam id est sacerdotalem lineam in-
carnationem christi accipimus que de
terra est: et significatur in pe-
dibus. Lignum enim: de terra
oritur. Cidarim super caput
eius: et auream laminam sp-
lendorem divinitatis intelli-
gimus: ut unus atque idem
secundum hominem poterit. secundum
divinitatem cidari ornatus esse videatur.
Feminalia vero illa que in du-
it: castitatem corporis christi et in-
tegritatem ostendit. Singu-
lum vero illud quo sacerdota-
le pectus adstringitur. cho-
rus sanctorum in concordia fi-
guratur. qui in unitate fidei
christum amplectuntur. Tunica
autem illa talaris a capite us-
que ad plantas dimissa:
eadem ecclesia christi est a principio
mundi usque in finem temporis
permansura. Hec vestis fit tota
iacinctina. Iacinctus enim
aereo colore resplendet: sic-
ut omnis ecclesia que sursum
sapiat. et tota ad amorem
celestium surgat. Mala autem
punica in inferioribus posita:
eiusdem ecclesie unitatem de-
clarant. Nam sicut in malo

punico uno exterius cortice
multa interius grana in-
muniuntur: sic in numeros
sce ecclie populus unitas fidei
contegit: quos intus diuersi-
tas meritorum tenet. Tintin-
nabula uero inter mala grana-
ta consonantia: prophete uel
ligantur et doctores sci in me-
dio eccle collocati. Quorum
lingua doctrine scientiam reso-
nans: tangit utrasque acies in
tintinnabulum id est partes
legis et euangelii. Hec autem tintinabula
in extremo uestimento sunt posita:
id circo ut de fine mundi
et de uita futura disputantes
numquam sileant. Super
humerale autem pallium sal-
uatoris insinuat potestatem
et regnum sicut scriptum est.
Principatus eius super hu-
meros eius. Duo quoque
lapides smaragdini in super-
humerale ad dexteram le-
uamque posita: duo sunt p(ro)pli
generis dextre et iudeus qui
fuit aliquando sinister. Ha-
bentes in se sculpta nomi-
na duodecim patriarcharum:
id est initiamentum uite exem-
plar sanctorum apostolorum. Alii eos-
dem lapides duos duo tes-
tamenta dixerunt: siue litteram et spiritum
in quibus tenetur legis uniuersa mistica
id est dextra. in leua littera. Rationale
uero pectori superpositum et quaterno lapide
ordine distinctum: sermonem figurat eu-
angelium: qui quadruplicato ordine ueritatem fidei
nobis et doctrinam trinitatis ex-
ponit. Cui conuenit in geminis
apostolus sermo tam utilitate quam
numero. Hoc autem rationale du-
plex est: quia euangelice doctrine
scientia aperta est et absondita.
simplex et mistica. Item idem
sacerdos xps non incongrue in-
terpretatur in membris suis: et ma-
xime in pontifice qui moratur
in sanctis et offert uictimas
pro populo carnes immaculati
agni sacro ore conficiens.

Hinc enim quod aaron pec-
tore rationale iudicii uittis li-
gantibus imprimitur: signifi-
cat ut sacerdotale cor nequa-
quam cogitationes fluxe
possideant: sed sola constrin-
gat. In quo est rationale duo-
decim lapides adiunguntur: ut xii
patriarcharum nomina descri-
bantur. Ad scriptos etenim
sanctos patres semper in pec-
tore ferre debet: quorum exem-
pla imitare non cesset. Et quod
utroque humero sacerdos ue-
lamine superhumeralis adstr-
ingitur: ut contra adversa
ac prospera uirtutum semper orna-
mento muniatur. Et quod super-
humerale ex auro iacincto.
et purpura et bistincto. co-
cco. et torta fieri bisso precipi-
tur: quanta clarescere uir-
tutum diuersitate debeat de-
monstratur. In sacerdotis quippe
habitu aurum fulget: dum
intellectum sapientie res-
plendet. Cui iacinctus qui
aerio colore resplendet ad-
iungitur: scilicet ut omne quod
intuetur ad amorem celestium
surgat. Huic admiscetur
regalis purpura: ut sugges-
tiones uiciorum uelud ex po-
testate regia comprimat.
Coccus quoque bistinctus ipsi
superhumerali adiungitur:
ut ante interni iudicis ocu-
los omnium uirtutum bona
ex caritate decorentur: que caritas
quia in dilectione dei et proxi-
mi pendet. quasi ex dupli-
ci tinctura refulget. Cui bis-
tincto cocco torta bissus ad-
iungitur. De terra enim bissus
nitenti specie oritur: per quod
candens decore mundicie cor-
poralis castitas designatur.
Que uidelicet torta pulcri-
tudini superhumeralis innec-
titur: quia tunc castimonia
ad perfectum mundicie can-
dorem ducitur: cum per

abstinentiam caro affligi-
tur. Siquidem et baltheo pre
cingitur: per quod renum incen-
tiua et luxuria libidinum
restringantur. Tabernaculi
autem sacerdos in tunica tintinna
bulis ambiatur: ut uideli
cet uocem predicationis ha
beat. ne superni iudicis per
in iudicio et silentio offendat.
Chala quoque punica tinti
nabulis coniunguntur: ut
per eius doctrinam fidei unitas
designetur. Quod autem in prima
parte tabernaculi cotidie sa
cerdos ad immolandas hos
tias introibat: instantia
nobis cotidiana precipitur: ut
ab hoc loco ubi corpus dei celes
tibus uocibus erudimur: num
quam abscedamus: sed cotidie
confessionis et laudis spi
ritale sacrificium offeramus.
id est humanitatem anima
rum nostrarum: que sunt uere hos
tie. Sic enim scriptum est.

Sacrificium deo spiritus con
tribulatus. Illud autem quod
semel in anno pontifex relic
to populo ingrediebatur in sancta
sanctorum: ut erat propitiatori
um. significat pontificem nostrum
dominum ihesum christum. qui in car
ne positus per totum annum
erat [illegible] et cum populo. annum illum:
de quo ipse dicit. Euangeli
zare pauperibus misit me: et
uocare annum domini acceptum
et diem propitiationis. Ipse quoque
semel in isto anno in die pro
piciationis intrat in sancta sanc
torum: id est cum impleta dis
pensatione penetrauit celos
intrans ad patrem: ut eum
propitium humano generi
faciat: et exoret pro omnibus
in se credentibus.

i De figuris hostiarum.
ii De igne sacrificii.
iii Quod mel in nullo sacrificio
iiii non offertur. Cm sec.
v Ergo sal in omnibus sacrificiis ad

vi Quod in ſacrificium oleum offeratur.
vii De iiii^{or} generibus principalium ob
viii De eis qui ſacrificare   lationum.
ix tam pariter. et pro pollutione carnis
x De filiis aaron exterminatis. cecidit.
xi De discretione ciborum.
xii De immundicia partuum.
xiii De lepris.   eius.
xiiii De ſacerdote magno et ca   tu
xv De ſacerdotibus qui non offerunt ſacrificium.
xvi De ablutione aaron et filiis eius.
xvii De oblatione pro ſacerdotis delicto.
xviii De peccatoribus quos non offerunt in ſacrificio
xix De ceteris ceremoniis.   cio.

Post narium diverſitatis exequitur: quarum tipus imaginem paſſionis christi preferebat. Nam poſtquam ipſe oblatus eſt: omnes ille hoſtie ceſſaverunt que in tipo illius unius eiuſdem preceſſerunt: prefigurantes illud ſacrificium quod unus et verus ſacerdos obtulit mediator dei et hominum cuius ſacrificii premiſſum figurare in victimis animalium celebrare ante oportebat. Propter commendationem figure carnis et ſanguinis: per quam unam victimam fieret remiſſio peccatorum de carne et ſanguine contractorum; regnum dei non poſſidebunt. quia eadem ſubſtancia corporalis in celeſtem commutabitur qualitatem. Ipſe enim in vitulo propter virtutem crucis offerebatur. Ipſe in agno propter innocentiam. In arietem propter principatum: in hyrco propter ſimilitudinem carnis peccati ut de peccato damnaret peccatum. Idem in turture et columba propter deum et hominem: quia mediator dei et hominis in duarum ſubſtantiarum coniunctione oſtendebatur. Porro in ſimilagine conſperſione credentium per aquam baptiſmatis col

lectam ecclam q corpus e x̄
pspicue demonstrabat.
Nos aut moralit munus deo
utilium offerimus: cum car
nis supbiam uincim. Ag
num cum irrationabiles
motus et insipientes co
rrigim. Hedum: cu lasciui
am supam. Columbam:
dum simplicitate mentis
ostendim. Turture: dum
carnis seruam castitate. Pa
nes azimos: dum n in fer
mento malitie: s in azimis
sinceritatis et ueritatis am
bulamus. ij.

Ignis aut in sacrificio figu
ralit id significabat: ue
lud absorbens mortem
in uictoria. Inde aut h inte
celebratam sum cuius et reg
num et sacerdotium prophia
erat uenturi regis et sacer
dotis. ad regendos et sacri
dos fideles in omnib ge
tib. et introducendos in reg

num celorum et sacrificium an
gloz et uitam eternam. Hui
usq; ueri sacrificii sic religio
sa sacramenta hebrei celebra
uer: ita sacrilega imitata e
paganitas. Namq; immolant
gentes ut ait apls: demonib
immolant et no deo. Aliquando
enim res e pnuntiata immo
lant et no deo. Aliquando enim res
e pnuntiata immolatio san
guinis: futuram passione me
diatoris ab initio generis hu
mani testificans. Hac enim primus
abel obtulisse: isaac lectio inuenit.

Quod aut mel in sacrificium n offer: iij.
Quia dicat apls dni nichil uoluntatis
sui. nichil suaue huius mundi place.
nichilq; quod habeat mordacis ali
quod ūtatis. ūn et pascha: cum ama
ritudinib immolat. iiij. Et co
mo ad misceri omnib sacrificiis sal
iubet: scilicet ut oia q ad x̄ honore of
ferim sal [illegible] ac discretionis sep accipiat.

Quod u oleum in sacrifici v
um offerebatur: signi

ficat ut quicquid ad cultum
xpisti et devocionem sanctorum impen
dimus. totum cum hilarita
te faciamus. Sicut ait apo
stolus ex tristicia aut ex necessi
tate. hylarem enim datorem
diligit deus. Oleum enim hy
laritatis significat. sicut scrip
tum est. Ut exhilaret faciem
eius in oleo. vj.

In exordio autem levitici quat
tuor genera principalium ob
lacionum describuntur.
que in odorem suavitatis domino
offerri inveniuntur. id est primum
vitulum de armentis sine
macula. secundum agnum de ovi
bus. tercium turturem et co
lumbam. quartum similaginem
conspersam in azimo. oleo
unctam clibano coctam. Re
liqua autem sacrificia pro quali
tatibus causarum. in persona apostoli
offerebantur. Primum itaque
sacrificium vitulum ex ar
mentis. xpistum demonstrat ex

patriarcharum progenie des
cendentem. Hic autem vitu
lus sine coitu carnis viri prodimu
it ex spiritu sancti semine
virtutum fruge ditatur.
Iste vitulus sine macula
est. quia sine peccato ad passio
nem ducitur. Offertur autem
non in tabernaculo sed ad hos
tium eius. quia extra castra
passus est xpistus. Per filios autem Aa
ron sacerdotis offertur san
guis eius. quod de Anna
et Caipha intelligitur.
qui consilium facientes
effuderunt sanguinem xpisti.
Secunda hostia de ovibus. ag
nus ovilis. id est xpistum
innocentiam figurantem. Hic
est agnus qui apud Esa
iam in sacrificium addu
citur. et Iohanne omnibus de
monstratur cum dicit.
Ecce agnus dei. ecce qui
tollit peccata mundi. Bene
ergo in sacrificio agnus

offertur.

89

offeratur: ut innocentie et
passionis christi figuram demo-
nstraret. Sive edus qui pro peccatis
mortem auctor peccati dia-
bolus agnoscitur esse iugulatur.
Verum ex persona patris sa-
crificium dicit: turturem et colum-
bam. Virginitatem carnis christi esse
manifestatam est: salomone
dicente. Speciose gene tue:
sicut turturis. Columba autem spiritus
sancti figuram habet: iohannes
baptista declarat dicens. Su-
per quem videris spiritum sanctum
descendentem sicut columbam: hic
est filius meus. ec pli turtu-
rem et columbam id est
carnem christi spiritu sancto socia-
tam: ex persona patris pinus
tenium passionis. sacrificium
deo in odorem suavitatis. Ista
tria sacrificia offert homo:
id est christus ihesus. Quartum autem
animal offert. id est ecclesia of-
fert sacrificium de simila:
ecclesie catholice figuram prenun-
tians. que ex convenientibus
membris quasi simila ex mul-
tis credentium granis collec-
ta est: et legis euangelii mola
mollita et spiritum separata.
per aquam et baptismatis admix-
ta: crismatis oleo peruncta.
sancti spiritus igne solidata. et per hu-
militatem spiritus deo hostia pla-
cens effecta. Hec sunt quat-
tuor oblationes: quadri-
formem christi et ecclesie habitum
demonstrantes. vii.

De eo autem qui iuramen-
tum protulit: ut vel ma-
le vel bene quid faceret atque
hoc ipsum oblivione transcen-
dit: Dicit. Offerat agnam de
gregibus sive capram: orabit-
que pro eo sacerdos et pro peccato eius.
Si autem non potuerit offerre pe-
cus: offerat duos turtures
et duos pullos columbarum.
unum pro peccato: et alterum in holo-
caustum. Iuramentum namque
proferre est: noto vos divine

ſeruitutis alligare. Et cum
bona opa pmittimus: bene
nos facere ſpondimus. Cum
ū abſtinentiam cruciatuq;
carnis nr̄e nouimus: male
ad p̄ſens nos ul' facere uita
mus. S; quia nullus in hac
uita ita pfectus ē: ut quā
libet deo deuotus ſit: inter
ipſa quantalibet; pia uo
ta ñ peccet: pro agnam of
ferri degregib;. ſiue capram
p̄cipiatur. Quid enim p agn
am. ñ actiue uite innocē
tia: Quid p capram q̄ in ſū
mis ſepe extremiſq; nutrib;
paſcitur: ñ contemplatiua
uita ſignat: Qui g̊ ſe conſ
picit pmiſſa ac ppoſita non
impleſſe: in ſacrificiū dei ſe
ſtudioſius debet ul' in no
centia boni operis ul' in ſub
limi paſtu contemplationī
attingere. Et bene de gregib;
agna cap̄ ū offerri degregib;
ñ iubetur: quia actiua uita ē

multorum: contemplatiua
paucorum. Et cum h̄ agimus
que multos agere ⁊ egiſſe
conſpicimus: quaſi agnā
de gregib; damus. S; cum
offerentes uitus ad agnā
capramq; nō ſufficit. inte
medio penitentie adiungi
tur: ut duo columbarū pul
li ul' turtures offerunt̄. Sci
mus quia columbarū pul
li ul' turtures: p cantu ge
mitus h̄nt. Quid g̊ p duos
columbaz pullos ul' du
os turtures. ñ duplex pe
nitentie nr̄e gemitus deſig
natur: Ut cum ad offeren
da bona opa ñ ad ſufficiu:
nos metipſos dupliciter
defleamus. quia et recta ñ
fecimus: ⁊ praua opati ſumus.
Unū et unus turtur p pc̄co:
alt̄ ū offerri in holocauſtum
iubetur. Holocauſtum nanq;
totum incenſum dr̄. Unū g̊
turturē p pc̄co offerimus:

cum pro culpa gemitum
damus. Sacrificium uero holo
caustum facimus: cum pro
quod bona neglexim9: nos
met ipsos funditus succende
tes igne doloris ardemus. viij

Nadab autem et abiu qui impo
nentes altari ignem
alienum diuino igne exusti
sunt: illos significauerunt
qui dei traditione contempta
alienas doctrinas appetunt:
et magisteria humane insti
tutionis inducunt. Quos
increpat dominus et obiurgat:
in euangelio dicens. Relictis
mandatum dei: ut tradicio
nem vestram statuatis. Videtur
et ignem alienum inferre:
quisquis corporee uel secu
laris alicuius cupiditatis
ignem in sacrario sui cordis
accendens. aut et altaribus
domini appropinquare: qui recipi
unt non illius ignis accensio
nem. de quo ait dominus. Ignem

uenim mittere in terram. Hoc
igne nos dominus ihesus semper
incendit ut illuminemur
in sensibus: ne flagremur in
uiciis. viiij. Nunc autem
de discretione ciborum su
biciendum est: ubi lex de mun
dis et inmundis loquens:
quedam animalia ad esum
quasi munda concessit.
Quedam uero interdixit quasi
non munda. Primum enim
sciendum est: quicquid a deo
ore actum est et in ipsa institu
cionis auctoritate pinguatum
est non esse culpandum. ne in
creatore culpa reuocetur.
Sed inde legem ad filiis is
rael datam ut pellam pro fi
cerent et redirent ad mores
quos antea cum patribus
accepissent: in egipto propter
consuetudinem barbare gen
tis corruperant. Ergo ut ho
mines emendarentur: pecco
ra culpata sunt. scilicet

ut omnes qui eadem ui-
cia habent equales pecoribus
exiſtimentur. Nam in ani
malibus mores pinguntur
humani et actus et volun
tates: ex quibus ipſi ſunt
mundi uel inmundi. Nec
enim inmunda eſſe dicitur. Omne
inquid quod habet diviſam
ungulam et ruminat in
pecoribus: comedetis. Quod
cum diceret non pecora: ſed mo
res hominum diſcernebat.
Denique homines mundi ſunt
qui ruminant: et ore ſemper
portant quaſi cibum divi
na precepta. Hi et ungulam
dividunt: quia duo teſ
tamenta legis et euangelii cre
dentes: firmo greſſu inno
centie iuſticieque incedunt.
Item iudei ruminant qui
dem verba legis ſed ungulam
non findunt: quia nec duo
teſtamenta recipiunt. nec
in patrem et filium credentes
fidei ſue greſſus ſta
tuunt. propterea inmundi
habentur. heretici quoque licet
ungulam findunt atque in pa
trem et filium credentes duo
teſtamenta recipiunt. tamen quia
doctrinam veritatis in ore
non ruminant: nichilominus
et ipſi inmundi ſunt. Nam quod
ad ... ſcripturam dicens. Ex om
nibus que gignuntur in aquis:
et habent pennulas et ſquamas hec
comedetis. quicquid autem pen
nulas et ſquamas non habet ab
hominabile vobis erit. Nam quod
in piſcibus ſquamoſis et cum pen
nulis pro mundis habentur.
hiſpidi et [illegible] et fortes in fide
et graves mores hominum
deſignantur. habentes pen
nas contemplationis. Que
autem ſine ſquamis ſunt inmun
da ſunt: quia leves et lubri
ci in fide et effaminati mo
res in eis probantur. Quid
autem ſit inter lex cum dicit ca-

melum non manducabis:
n̄ quia de exemplo animal
uitam dampnat in formē.
et inmundis tortuosam:
Cum aūt cibum suum phi
bet: rephendit utique ceno
sam et luteam et gaudentē
uiciorum sordibus uitam. Et cū
leprē uetat: deformatā utique
flagitiis damnat. Quis aūt
mustele corpus cibum faciat.
sed furta rephendit. Quis la
certam: sed odit uite in certā
uarietatē. Quis postremo
stellionē uesci possit. ut hoc
lex magno opere phibet: sed
maculas execratur. Quis ac
cipitrē aut miluū aut aq
lam: sed odit raptores uiolē
tos scelere uiuentes. Quis
uultuem: sed execratur pre
dam de aliena morte que
rentes. Sic et cum coruum
phibet: respuit inpuras
uoluntates. Passerē quoque
dum interdicit: intempe

rantiam arguit. Quando
noctuam: lucifugam uen
tatis. Quando caradrium
et gersaulā: nimis lingue
intemperantiā. Quando cig
num phibet: ceruicis alte
superbiā denotat. Quando ues
pertilionē: querentes tenebr
as et uocis similes errores.
Haec ergo et his similia parua
lex in animalibus execratur:
que in illis quidem non sunt crimi
nosa quia in hoc nata sunt:
sed in homine culpata. quia
contra naturam non constitu
tione sed errore quesita sunt. Fuit
ergo tempus aliquod antiquum:
quo iste umbre ut figure
exercende erant apostolo ut ge
rende: ut abstinendum esset
cibis quos institutio que
cauenda aūat. sed lex mit clyre
iter. Verum iam finis legis
Christo aduenit: aperiens archana
legis. et obscura reserans.
atque omnia sacramenta que

novus antiquitas in figuris operetur: magis in signis et doctrinam celestis et misterii referatur veritatis pateficetur. Unde et merito iam per apostolum dicitur. Omnia munda mundis. Iniquinatis et infidelibus nichil est mundum. sed polluta sunt eorum et mens et conscientia. Et alio loco. Quicquid vobis appositum fuerit manducate. Ex quibus constat omnia ista iam suis benedictionibus reddita: que carnali populo fuerunt per moribus interdicta. Cavendum est autem ne quis licentiam istam putet in tantam esse permissa. X.

Sequitur questio de immunditia partus: et contagione lepre. Ait enim. Mulier que concepit semine et peperit masculum: septem diebus erit inmunda: octavo purificari. Que autem feminam pepererit: huius septem diebus in munditia servitur permanere.

In talibus ergo quedam misteria latentis archanum non est dubitum contineri. Septimana enim huius presentis vite tempus videtur exprimere: quia in septimana dierum consummatus est mundus. In qua donec sumus positi: ad liquidum puri esse non possumus: nisi octava venerit dies. quod est futuri seculi tempus. In quo ut et immolata simulacris possit manducare. Quantum enim ad creaturam dei pertinet. omnia munda sunt: sed cum demonibus immolata fuerint. inquinata sunt. Unde et apostolus ait. Si quis autem vobis dixerit. hoc immolaticium est idolis: nolite manducare. In quo tamen die purgandus est ille qui virilis egit: statim enim munda efficitur mater eius. que genuit eum: purgatam namque

uicijs carnem ex resurrec
tione suscipiet. Qui mechu
ū. ipse habitu uirile adū
sus p̄cm: s; remissus & effe
minatus p̄manserit in ac
tib; suis. iste nq̄ in p̄senti seli
ebdomada neq; in futuro
purgabit ab immūdicia
sua. Sequit in leuitico de
leprarum diuersitate: in quib;
figuram aliquid nō ē am
biguum. xi.

Locutus ē dominus
ad moisen & aaron di
cens. homo in cui carne
et cute ort fuerit diuersus
color: siue pustella aut
quasi lucens quippiā idē
plaga lepre adducetur
ad aaron sacerdotem: uł ad
unum quemlib; filior eius.
Qui cum uiderit lepram
in cute & pilos in album
mutatos colorē: plaga le
pre ē. & ad arbitrium ei
separabit. Lep̄ quippe doc

trina ē falsa. Proinde lep̄si
no absurde intelliguntur
heretici: qui unitatē uere
fidei nō habentes uarias doc
trinas p̄fitentur errorum.
ueraq; falsis admiscent: sic
et lep̄ ueris falsisq; locis hu
mana corpora uariando
ē maculat. Huius scił
lepre. inuenimus legis lato
rem sex species in homine
posuisse prima. capitis & bar
bare. Secūda. caluicij & recal
uitionis. Tertia, carnis et
cutis: Quarta: cutis & corp
ris. et cicatricis albe cum ru
bore. Quinta: ulceris. & cica
tricis. Sexta: ustionis. In ca
pite lepram portat: q̄ in di
uinitate patris ut in ipso ca
pite quod x̄ ē peccat. Ca
put enim uiri xp̄s ē. hanc
lep̄m habent iudei. ualē
tinam. marcionistē. fotī
nam. manichei. arrianī.
sabellianī. macedonianī.

arrium primo post hec. priscillianam.
donatiste. nestorianum. eutich-
ianum. quique omnes in calui-
cio lepram gerunt: qui erro-
rem sui predicationis aperta pravita-
te defendunt. In barba le-
pram gerunt: qui de apostolis
et sanctis christi perverse aliquid sen-
tiunt. atque eos pravum quod
iubeat predicasse confingunt.
Sicut enim barba ornamentum
est viri: ita sicut apostoli et doctores
ornamentum prestant corpori christi.
In corpore lepram habent: qui
ecclesie detrahunt. sicut carpo-
cratiani qui negant carnis
resurrectionem. Sic novatiani
qui nuptias damnant. et peccan-
tibus penitentiam negant.
sic encratite qui inter alios erro-
res regnum celorum parvulos
habere non credunt. sic aeria-
ni qui vetant prefunctis of-
ferre sacrificium. In carne
et cute gerunt lepram: qui
carnalia vel exteriora suadent

donantur: ut cerinthiani
qui resurrectionem futuram
in carnis voluptate existi-
mant. vel sicut et qui dicunt
in fide manentibus quamvis
carnaliter vivant. non posse
computari peccata. In cicatrice
sanati ulceris lepram por-
tat: qui post cognitionem
et medicinam dei et mani-
festationem fidei quam ante sus-
cepit: rursus in ipsa cica-
trice ascendit aliquod in-
dicium erroris prioris atque
predicta dogmatis veteris.
In carne viva lepram gestat:
qui de anima que vita est
carnis aliquid falsum exis-
timant. sicut luciferiani qui
dicunt animam de car-
nis substantia propagatam:
sicut arabici qui animam
simul cum corpore mori
putant. In cicatrice ustio-
nis lepram habent manichei
heretici qui iam abstinentie

cruciatu corpora sua exeun-
nt. et per infidelitatem non
munditiam inde sed lepram
gignunt. De talibus enim p-
dicabat apostolus. Discedunt
in quibus quidam a fide atten-
dentes spiritibus erroris et doc-
trinis demoniorum in ypocrisi
loquentium mendacium et
cauteriatam habentium suam
conscientiam: prohibentium nube-
re abstinere a cibis quos deus
creavit ad percipiendum. Sed ad
huc adiecit colores leprarum.
id est pallidam rubentem al-
bam lividam nigram flores-
centem. Itaque dum pallidam
lepram dicit: in veterem et fra-
gilem fidem anime denotat.
qui perdito colore integrita-
tis erroris infirmitate lan-
guescat. Cum autem rubicundam
lepram ostendit. homicidii
cruorem mente infectam de-
notat et iram. Cum vero albam:
illos hereticos qui se mundos

apellant: sive reliquos qui
de falso merito gloriantur sicut
pelagius et novatus. Cum autem albam
aut lividam lepram commemorat: in-
vidie et livoris notam exprimit. Cum vero
nigram insinuat: sacrificiorum fumo et
busto idolatrie denigratam conscientiam de-
testatur. Cum autem florescentem toto corpore
cooperientem omnem pelliculam corporis a capite
usque ad pedes dicit avaritiam esse
mentem ostendit. quia cum flo-
ridum et iocundum puta-
tur hominem felicem esse in hoc
mundo: et divitem videri in seculo.
Hec enim pestis avaritie: omne
genus humanum quasi totum
corpus crebro erroris istius conta-
gio commaculat. Cum autem
lepram que habet ruborem cum pal-
lore permixtum: eum hominem
denotat. qui cum sit rube-
cundus animo: et mendax. facile in
furore prorumpit. et levitatem mo-
rum cito prodit. Pallor enim
mentientem linguam significat.
Rubor iracundiam manifes-

tur. E̅ utique lep̃ peccati que sacrificiorum oblationib' emun datur: id e̅ corde contricto et humiliato. Sacrificiũ eni͂ deo sp̃s contribulatus e̅: ⁊ uiolate q̃ aqua diluit̃ baptismi. Et hereticorum que septem dier̃ pur gatione ext̃ castra habentur: id e̅ p septiformis spirit̃ agni tionem purificet̃. Est ⁊ que i pct̃: eorum e̅ qui in sp̃u sancto pe ccauit. nec dicunt penitentes consequi ueniã. De his aut ũi tas. Qui peccauerit in sp̃u scõ: nõ remittet̃ ei neq; in hoc se culo neq; in futuro. Quod ũo iubet̃ leprosis ut exeant de cas tris: ⁊ sedeant foris donec mũ detur lep̃ eorum: intelligitur hereticos p̃ hici debe ab ecclia. donec p̃prio errore purgentur. et sic reuocent̃ ad comunium. Ei usmodi ũ diffusus tunicas ca pite de opto: ⁊ ore obuoluto sedere iubentur: lepre mun dationem expectantes. Diffu tas tunicas: id e̅ omnib' secre ta manifestas. Capite deop to: ut actiones eius denuda tio iudicentur. Ore clauso: ne ulterius impia doceat uel loquat̃. S; ad huc adie cit scriptura lepram e̅e in uasis. in parietib' domus in uestimento in trama uel sta mine. Lep̃ in parietib' domi': hereticorum congregatio deno tatur: q̃ p sacerdote̅ purgari debetur. Lep̃ in uasculis. uniuscuiusq; hominis p̃ p̃prii corporis delicta. Lep̃ in sta mine uel in uestimento: p̃ca que ext̃ corp' continet̃: ut que in ip̃o corpore p̃petrã tur. Stamine enim: anima hominis intelligit̃. Et ani ma: mollissimi corporis se̅ sus. Quod ũ leprosi in lege ad sacerdote̅ mittunt̃: ut di cat p emundacione here ticorum auctea sacrificium et clãm deo offerre debe. ⁊ sic

reconciliari unitati ecclesie.
Nunc de pontifice magno di-
cendum est cuius manus in sa-
cerdotio consecrate sunt. xii.

Dixit dominus ad moisen. Pon-
tifex id est sacerdos maximus
inter fratres suos. super cuius
caput fusum est unctionis
oleum: et cuius manus in sacer-
dotio consecrate sunt: vestitusque
est sanctis vestibus. caput suum
non discooperiet. vestimenta
sua non scindet: et ad omnem mor-
tuum non ingredietur omni-
no. Super patre quoque suo
et matre non contaminabitur
nec egredietur de sanctis:
ne polluat sanctuarium domini.
quia oleum sancte unctionis
super eum est: ego dominus. Virgi-
nem ducat uxorem: viduam
et repudiatam et sordidam
atque meretricem non accipiet.
sed puellam de populo suo: ne
contaminet semen suum.
Sacerdos magnus inter fratres suos
xpistus est: de quo scribitur quod dixe-
rit cum surrexisset a mortuis
vade ad fratres meos et dic
eis. ascendo ad patrem meum
et patrem vestrum: ad deum meum
et deum vestrum. Super cuius caput
fusum est unctionis oleum:
iuxta quod david propheta dicit.
Dilexisti iustitiam et odisti
iniquitatem: propterea unxit te deus
deus tuus oleo letitie pre participi-
bus tuis. Cuius consecrate sunt
manus. Iste consecratas habet ma-
nus: dum eas in passione
extendit pro expiacione toci-
us seculi. Vestimenta eius non scindi-
tur: id est non patitur dividi
in heresim et scisma ecclesiam
suam. que illi inherendo ves-
tis est propria. Cuius in indumenti
figura fuit tunica illa ihesu
inconsutilis: que in passio-
ne eius non scinditur: sed indivi-
sa a possidente servatur. Ad
mortuum non accedet: quia
peccatum non fecit. Per peccatum enim

morſ intelligitur: ſic ſcrip
tum ē. Anima q̄ peccauerit:
ip̄a morietur. In patre ⁊ ma
tre: non contaminatur.
In matre x̄ nō ē pollutus:
cum ante ſcl'a naſceretur. Ex
matre mundū ingreſſus.
procedens ex utero uirginali:
ſine contagione uitii. Nam
nos om̄s dum peccam⁹. conta
minamur in patre a quo cre
ati ſum⁹: ſi hereſem diuolua
mur. Item in matre contami
namur: ſi credentes d̄o eccl'ā
in aliquid ledim⁹. uł ubta
tem matris celeſtis. indigna
pc̄ci ſeruitute fedam⁹. De ſanc
tiſ non diſcedet. quia xp̄s p
ſuſceptionē carnis. ſic deſcen
dit in mundum: ut nūq̄m
deſereret celum. Vidua ⁊ re
pudiata ē ſinagoga: de q̄
dominus loquit̄ p iſaiam
dicens. Quis ē hic lib' repu
dii matris ur̄e quo dimiſi
eam: Meretrix et enim. hec

ē: que multoꝝ errori. uł ubi
dum patet. Vales nō copu
lantur x̄. ī ſola eccl'a uir
go q̄ n̄ h̄ maculam aut ru
gam. De qua ap̄ls ait. Deſ
pondi uos uni uiro. uirgi
nem caſtam exhibe x̄. Dicit̄
quidem ⁊ anima ſponſa ee.
S; illa q̄ fidei ſimplicitate.
et actuum puritate: in cor
rupta pⁿuatur et uirgo. E
et uidua anima: que diſ
cedens a iugo legis. euuan
gelii p̄cepta nō ſeruat. E
repudiata q̄ peccando a x̄
corpore ſeparat̄: ⁊ ſi n̄ pⁿcia
tur ab eccl'a. E ⁊ meretrix q̄
ad ſe recipit amatores. i.
contrarias poteſtates: ⁊ demo
nes qui deſiderium capiūt
pulcritudinis ei⁹. Pulcra
namq; a deo creata ē anima:
et ſatis decora. q̄ in cognitio
ne h̄t ⁊ ſimilitudine dei.
Sequit̄. De hinc degenere
ſuo duxi uxorem. Anima

scilicet que fide coniungitur. nec contaminabit semen suum. id est verbum dei quod in ecclesia predicatur: sic in evangelio scriptum est. Ne dederitis sanctum canibus. neque mittatis margaritas vestras ante porcos: ne conculcent eas pedibus suis. Hec quidem que de summo sacerdote mistice in christo predicata sunt: sic interpretantur in membris suis. et maxime in sacerdotibus: ad quos pertinent spiritualia sacramenta. De hoc etiam ipsa que et quantis polleant privilegiis: breviter pertinendum est. Dicit enim deus. Caput inquid suum: non discooperiet. id est ut sacramenta christi qui est caput eius: velamento misteriorum honoret et vestimenta sua non scindet: nec in heresim ut scismata transeat. Super omnem animam que est mortua non ingredietur: ad omne peccatum quod ad mortem pertinet non accedet. Super patre suo et matre non coinquinabitur. scilicet ne tante indulgeat pietati parentum amore: ut dominum suum offendat creatorem. Sed neque ita misereatur propinquis: ut erga deum videatur culpavit. Quanti enim episcoporum. quanti monachorum. dum carnem genitum parentum: suas animas perdiderunt. De sanctis non egredietur: ut semper in opere. et cogitatione sancta moretur. Quod enim loquitur. quod ociosum. et reprehensibile dignum est: de sanctis egreditur. et polluet sanctificationem dei. quia non incedet ut servus christi. Viduam et repudiatam. et meretricem non ducet uxorem: sed virginem. id est nichil de veteri homine. et pristina voluntate amplectetur: sed vitam omni puritate florentem. possideat. De genere suo ducet uxorem:

utque spiritualem amplectatur
scientiam. Quorum perfectum proximus
est. Inter hec precipitur isdem.
ut ministrantes in templo.
vinum et siceram non bibant
ne hebetentur ex crapula et
animus humane vite pregraventur
corda eorum. Nec partem ha
beant in terra nisi solum dominum.
ne dum de exterius cogitantur.
superna obliviscantur. Ab hiis
quoque communione iubetur
inquilinus et mercennarius se
parari. et servus tantum alio
num clari reliquias. Inquilinus
hereticus est: qui proximum se
titulo christiani nominis as
serit. Mercennarius iudeus
ostenditur: qui fructum obser
vantie legis carnaliter querit.
Cum istis igitur sacerdos dei non
participat euangelii pa
bulum: quod est ad refectio
nem animarum. Sed tantum
cum christo servus. Datur de his
que supra feruntur altari sacerdo
ti. pectus et brachium dex
trum. In pectore mundas
cogitationes. legis doctri
neque notitiam. in brachio
dextro opera bona. Se pug
nam contra diabolum et
armatam manum. ut quod
corde concepit: operum ex
emplis perficiat. Datur ei
et depurgata maxilla: ut
eloquentiam habeat.
Datur et clericalis venter:
cuius in cibo discat lu
xuriam extinguere et contine
re gulam. xiij.

Inter hec iubetur episcopus sacer
dotibus. ut nulla debilita
te insignes sit: ne cecus. ne
claudus. vel parvo aut gran
di. vel torto naso. Ne fracto
pede aut manu. ne gibbo
sus. ne lippus. ne albuginem
habens in oculo. ne iugem sca
biem ne impetiginem in cor
pore: ne ponderosus. Que
omnia referuntur ad anime

uicium. Maiores enim in
homine non natum clam
natur. Cecus quippe ſacerdos eſt
qui ſcripture ſcientiam non
intelligit. in quo greſſus
doctrine uel operis porrigitur.
pignoratiam neſcit. De
talibus enim ſcriptum eſt per yſa
iam. ſpeculatores ceci omnes.
Claudus eſt qui quidem intel
ligit quod docere debet. ſed
tamen precepta que docet non im
plet. Paruo autem naſo eſt qui
ad tenendam menſuram diſ
cretionis idoneus non eſt. Gran
di et torto naſo eſt ſubtilitate
et minax. cum ſuperbie ar
rogantia. uel in moderata
diſcretione. Fracto autem pe
de uel manu eſt qui uiam do
mini quam docet. pergere non
ſtudet. Gibbus quoque ſacer
dos eſt quem terrene cupidi
tatis pondus deprimit. et
nunquam ad ſuperna intendit.
Lippus uero eſt cuius quidem
ingenium ad cognitionem
ueritatis emicat. ſed hoc carna
lia opera obſcurant. Albu
ginem quoque habet in oculo
qui arrogantia. ſeu iuſticie
ſeu ſapientie ce
catur. Iugem uero habet ſcabiem
cui carnis petulantia ſine
ceſſatione dominatur. Inpe
tiginem quoque habet in corpore
qui auaritia uaſtatur in mente.
Que ſi in paruo non compeſca
tur. immenſum ſine menſu
ra dilatatur. Ponderoſus uero eſt
qui et ſi turpitudinem non ex
ercet opere. cogitatione tamen
continua ſine moderatione
grauatur in mente. Uel
nec ſancta ingredi. nec nim
amaſtias potenter poſſidere. quia
et terrenis grauatur deſide
riis et expers eſt ſcientie ueritatis.

Preterea quod ſit XIIII.
illud. quod iuxta precep
tum dei moiſes lauiſſe aa
ron et filios eius legitur. Iam

tunc purgationem intelligi.
et remissionem omnium sanctitatem.
baptismi sacramenta significare
cavant. Non accipient ves
tes. nisi lotis prius sordibus.
nec ornantur ad sacrificium nisi in christo
novi homines renascantur.
Quod autem moises lavat. le
gis iudicium est. Per receptis enim
in loti et mundati sumus. et tam
parati ad indumentum christi
tunicas pellicias deposuerimus.
tunc induendi veste linea. ni
chil in se mortis habentem sed
tota candida ut de baptismo
consurgentes. cingamus lum
bos in veritate. et tota pristi
norum peccatorum turpido celetur.
Unde et david dicit. Beati quorum re
misse sunt iniquitates et
quorum tecta sunt peccata. XV.

Illud autem quod in levitico lex ima
ginaria quaerunt; vitulum
pro peccato sacerdotis immolari. et
sanguine eius septies digito
proprio ad spargendum. de
inde duos hircos offerri
debere. unum in quo sors
domini veniret; occidendum esse.
et sanguine eius similiter
ut sanguine vituli digi
to sacerdotis proprio ad spargen
dum. alterum vero in quo om
nia peccata et maledictiones
totius populi imponende essent. in
locum desertum perduci.
Utique esse dimittendum. sed
prius necesse est vituli sacri
ficium pandere. Deinde et
et hircorum causas misteriaque
eorum narrare. Vitulus
itaque hic qui pro peccato sacerdo
tis et totius populi enuncia
tione occidi iubetur. figuram
domini nostri et salvatoris
in semet ipso imitatur.
Quod non solum sacerdotali
populi. verum etiam pro omni hu
mano genere cunctisque
nationibus deo patri pro
tente est immolatus. sicut
apostolus ait. Qui etiam filio suo

non pepercit.

non pepercit: sed pro nobis
omnibus tradidit eum. Me
mento et hoc in loco. de huius
uituli sanguine. septies pro
piatus digito sacerdotis aspar
gi iubetur. ut redemptionem
nostram et purificationem in xristi
sanguine collatam per gratiam
septemplicis spiritus demonstraret.
Duo autem hirci: duorum populorum
figuram perspicua ratione demo
nstrauerunt: populi originale peccati
preuaricationem hircorum formam
gerentes. Quorum sunt simi
litudines in euangelio hedi
id est peccatores ad sinistram
situati. Sed hii qui in xristo credi
dissent: et penitentiam delic
torum suorum toto corde egi
ssent: baptismi gratiam con
secuti. hi in similitudinem
huius hirci qui in sorte domini
uenit figuram acceperunt.
cuius sanguis cum sanguine
uituli purificari iubetur: ut
consortes passionum xristi effecti:
participes glorie ipsius ef
ficiantur. Sed quid est hircum
in sorte domini uenire. nisi ut populus
credentium cuius ille figu
ram habebat. consortes et
coheredes domini haberentur in reg
no sicut apostolus ait. heredes
dei sumus coheredes xristi. Alius
uero hircus qui in sorte domini non
uenit: similitudinem tenet
infidelium qui numquam in xristo
credere uoluerunt. Hi itaque
acceperunt maledictionem to
cius populi: et omnis iniquitates
humani generis. et proiciuntur
in desertum locum. Sed quid
est omnes malediciones accipe
re: nisi quia omnia peccata que ab
adam usque ad xristum humanum
genus admisit. illi soli sunt
percepturi. qui neque credere in xristo.
nec expiari xristi sanguine uo
luerunt. Et sic homicidii et pugna
ci in iniquitatibus et maledic
tionibus totius humani ge
neris in desertum locum

proicientur: id est in tenebras
exteriores. ibi erit fletus et
stridor dentium. Et in stagnum
ignis quod est gehenna. ubi
ignis eorum non extinguetur.
et vermis eorum non morietur:

Item diversitas victimarum. XVI.

Et que vel offerri debeant vel
non offerri in III libro levitici con
tinentur. sed per comparationem
periculum conversatio homi
num demonstratur. Homo
qui obtulerit victimam pa
cificorum domino vel vota solve
ns. vel sponte offerens. precep
erunt tam de bobus quam
de ovibus inmaculatam offe
rri. ut acceptabile sit. omnis
macula non erit in eo. Si ce
cum fuerit. si fractum. si ci
catricem habens si papulam.
aut scabiem vel inpetigi
nem. non offerendum domino.
neque ad olendum ex his
super altare domini. Bovem et ovem.
aurem aut caudam ampu
tatas. voluntarie offerri
potest. votum autem ex his
fieri non potest. Omne animal
quod vel contritis vel con
tusis. vel sectis ablatisque tes
ticulis est non offeratis domino.
et in terra vestra hoc omnino non
faciatis. De manu alieni
gene non offeretis panes do
mino. Quicquid aliud dare
volueritis. quia corrupta et ma
culata sunt omnia non suscipietis ea.
Primo quippe reicitur a sacrificio ma
culosum animal. vel varium.
Id est in quo est diversitas errorum. et
nunc libidine et cupiditate. nunc
in diversis criminibus variatur. Reicitur quod
cecum animal id est qui nec
deum videt. nec opera eius facit.
Fractum quoque id est in cuius
criminibus vexatum. atque
contusum. Reicitur et cica
tricem habens: qui non digna
satisfactione penitentie
vulnera peccatorum deplorat.
sed adhuc veteris morbi sig

nium. per desiderium volup-
tatis in terrenis gestat. Repro-
batur et lingue amputatum.
qui eloquium non exercetur. neque
divinam legem meditatur.
Reicitur et papulam habens.
qui pruritu libidinis et ardo-
re concupiscentiarum exestu-
at. Similiter et scabiosum.
qui pravam carnis per sic cogita-
tione operis. Iam vero inpetiginem
habens. hereticorum significat collec-
tionem. que frequenter se
in ecclesie corpus immergit. et
in pergo livorem facit. Porro
aure amputata sunt. qui
verbo dei non obediunt. non
faciendo que iussa sunt. Quod
vero claudam amputatam habet.
ille est. qui bonum quod in-
cipit perseverantia fine non per-
agit. Porro desectum vel testibus
amputatum. indicat eos
qui cum corpore viri sunt.
turpitudinis usu effemi-
nantur. Hic ergo carminibus

in voluntate. a sacrificio domini
reprobantur. nec efficiuntur
consortes passionis Christi nec
celestis participes sanctifi-
cationis. Sed neque panis alie-
nigene offertur domino.
id est superstitiosa doctrina he-
reticorum. vel studia superstitio-
sa secularium litterarum.
que extra fidem sunt. et alie-
na putantur. Valet enim re-
pudiantur hostie domino. et
reiciatur huiusmodi sacrificium
ab ecclesia catholica. XVII.

Nunc vero iam de quibusdam
ceremoniis. quod spiri-
taliter in his habeantur. dicen-
dum est. De quibus et iudei sc-
rupulosissime querunt dicen-
tes. Cur ea christiani non studeant
medium autem rama et inter
medium bethel: sedere dicitur
prophetia. Rama interpretatur
excelsa: bethel autem domus
dei. Utique quia nos intra
domum dei positos: non que intra
sunt querere docet: sed que in ce
lis sunt. Hec misit et uocauit
ad se barach. Barach inter
pretatur coruscatio. Corus
catio est: qui habet quidem lucem
sed non permanentem. Ad modicum
enim tempus resplendet
et desinit. Hic ergo barach for
mam gerit prioris populi. qui
primo hominum per prophetiam
uocatus est et inuitatur ad
audiendum eloquia dei. Qui
resplendit quidem in legis splen
dore: et breui tempore corus
cauit sed non diu permansit.

cum q(ue) dixisset debbora ad barach. id est, p(ro)ph(et)ia ad priorem p(o)p(u)l(u)m: p(re)cepit d(omi)n(u)s d(eu)s isr(ae)l: et tu ascende in monte(m) thabor: et accipe .x. milia invirum. Respondit barach. ex p(er)sona prioris p(o)p(u)li ad p(ro)ph(et)iam. non ascendam. n(isi) et tu ascenderis mec(um). Dic(it) ad eu(m) debbora. Ibo tecum (et) n(on) erit p(ri)matus tuus in via hac qua incedis. s(ed) in manu mulieris tradet d(omi)n(u)s sisaram (et cetera). evide(n)t(er) ostende(n)s quia n(on) e(st) ap(ud) illu(m) p(o)p(u)l(u)m p(ri)mat(us). Nec p(ri)mat(us) ap(ud) eu(m) victorie palma: s(ed) ap(ud) ista(m) mulierem. i. eccl(esi)a. Na(m) iahel mulier ista alienigena cuius manu victoria facta e(st): figuram tenet eccl(esi)e ex gentib(us) congregat(a)e. Iahel e(ni)m i(n)t(er)p(re)tat(ur) ascensio. q(uia) p(er) eccl(esi)am ascendit(ur) ad celu(m). Ista palo sisaram hoste(m) interficit. id e(st) ligni crucis acumine (et) virtute diabolu(m) interfecit. q(uo)d barach. i. p(ri)or populus p(er) legis p(re)cepta facere n(on) poterat. Sola e(ni)m ista p(er) lignu(m) inq(ue) spiritalib(us) sacrame(n)tis credentiu(m). salus e(st). sicut hoste(m) affligit. Que deinde mortuu(m) pellib(us) operit. vel inclusu(m) in carnaliu(m) cordib(us) derelinquit. Non e(ni)m latent mortificata ipsius. n(on) incorruptibilitate(m) inte inventib(us). (et) peccata mortalia p(er)petrantib(us): qui du(m) p(er) se inve(n)tib(us). segregantur a corpore (christi). efficiuntur memb(ra) diaboli.

Tradit(ur) in terra iiij.

T p(o)p(u)l(u)s isr(ae)l in manu madian. post cuius liberatione(m) loquit(ur) angel(u)s d(omi)ni ad gedeon. cuius gesta quid mystice significent demonstrandu(m) e(st). Gedeon namq(ue) cum sub arbore quercu trita messe virga cederet: (et) a paleis frumentu(m) excuteret: angelum vidit. accipiens ab eo oraculum. ut a potestate hostium p(o)p(u)l(u)m d(e)i in libertate(m) reduceret. Iste e(st) gedeon nimirum figura(m)

gestabat christus. qui sub umbra
sacrilegii perpetuato incarna
tionis future misterio: constric
tos retributione iudicii. quasi
purgatam electionem sanctorum auctor
paleis sequestrabat. Hic
ergo gedeon cum audisset ab an
gelo quod deficientibus ipsorum
uiribus: in uno uiro dominus plebem
suam ab hostibus deliberaret:
parauit hedum coctum. cuius carnes
secundum preceptum angeli simul cum
azima super petram posuit. et
ius carnium desuper effudit. Quem
cum angelus uirge cacumine
tetigisset. statim de petra ignis erum
pit. atque ita sacrificium quod
offerebatur assumptum est.

Quo indicio declaratum ui
detur: quod petra illa typum
habuerit corporis christi. Paulo ad
testante. Petra autem erat christus. Quo
misterio declaratum quia dominus
ihesus christus in carne sua totius
mundi peccata crucifixus aboleret.
nec solum delicta factorum:
sed et cupiditates purgaret
animarum. Caro enim hedi
ad culpam facti refertur. ius ad
illecebras cupiditatum: sic
scriptum est. Quia concupiuit
populus cupiditatem pessimam.
et dixerunt. Quis nos cibabit
carne: Quod igitur extendit an
gelus uirgam et tetigit petram.
de qua ignis exiuit: ostenditur
quod caro domini spiritu re
pleta diuino: peccata omnia
humane conditionis exure
ret. Unde et dominus ait. Ig
nem ueni mittere in terram.
Aduertit ergo uir doctus et presagus
futurorum superna misteria: et
ideo secundum oracula. occidit ui
tulum a patre suo idolis depu
tatum. et ipse septuennem
alium uitulum immolauit
deo. Quo facto manifestissime
reuelauit post aduentum domini
omnia gentilitatis abolen
da esse sacrificia. solumque sacri
ficium deo dominice passionis

pro redemptione nostra reli-
gionem populi deferendum.
Et enim mansus ille septiformis
tamquam est erat: in quem septifor-
mis spiritualium plenitudo uir-
tutum. sic ysaias dixit inhabitat.
Precucurrit ergo misterium .iiii.
prium uictorie gedeon.
Et tamen licet fortis et fidus plenius
adhuc de diuino future uictorie
documentum querebat. ut an-
ote lanee uellus in area po-
neret. et esset super illum tantum-
modo ros: et super omnem terram
siccitas. Et rursus similiter po-
neret uellus. et super totam ros
plueret. et siccitas. Et rursus
similiter poneret uellus. et super
totam terram ros plueret. et
siccitas esset in uellere..
Queret fortasse aliquis uerum
quasi incredulus esse uideatur
qui frequentibus iam fuerat
in diuinis informatus: absit.
Non enim ille ambiguus
erat: sed numinum futuri mis-
terii prouidebat. quodque et prouidet:
diligentissime explorat. ut
amplius celeret misterium: dum
intellexisset oraculum. Quid
ergo uellus compluitur et area
sicca. et postea compluta area
sicco uellere: Nisi quia primo
una gens hebreorum huius gratie
misterium. totus orbis uacuus
erat: Nunc autem in manifesta-
tione quam totus orbis habet: illa
uacuata est. Area enim illa
totum orbem terrarum signi-
ficat. Denique quando totus or-
bis infructuosos cultui gentilis
superstitionis arebat: tunc erat
ros ille celestis uisitationis
in uellere. Postea uero quam oues
que perierant domus israel: quas sub figu-
ra uelleris demonstrabantur:
et oues fontem aque uiue negauerunt
ros fidei exaruit in pectoribus
iudeorum. gratiamque suam ros
ille diuinus in corda genti-
um diriuauit: inde est quod
nunc fidei rore totus orbis

humescit. Iudea uero prophetas et
omnia carismatum caruerit
que per fidei siccitatem prophe-
tie imbribus nudatur priuata est.
sicut de his dominus dicit. Man-
dabo nubibus meis ne pluant
super eam pluuiam. Id circo
autem illam gentem uelleris no-
mine significauit. uel quia spe-
tiosa erat auctoritate doctri-
ne sic ouis uellere. Vel quia
in obauditum eandem plu-
uiam detinebat. quam nole-
bat spiritu predicari. i. incar-
nacionis gentibus reuelari. V

Post hec diligentissimam ueri-
tatis explorationem cum
iam contra madianitas gedeon
dimicare contenderet. et exercitus
multitudinem ad bella pete-
ret. diuina illi admonitio-
ne preceptum est. ut ad fluuium
ueniens. omnes quos flexis ge-
nibus aquas haurire conspi-
ceret. ab illo conflictu remo-
ueret. Actumque est. ut trecen-
tum tantummodo qui summis
manibus aquas hauserant.
remanserint. Cum his gedeon
ad prelium pergens. eosque non
armis sed tubis lampadibus et lague-
nis armauit. Nam sicut illic
scriptum est. accensos lam-
pades. miserunt intra lagunculas.
et tubas in dexteram. lague-
nas autem in sinistra tenuerunt. et
ad hostes suos comminus
uenientes. cecinerunt tubis.
confregerunt lagunculas.
lampades apparuerunt. Et in
tubarum sonitu. ac lam-
padum coruscatione territi.
hostes in fugam conuersi sunt.
Quid hoc est quod tale uellum
per prophetiam ad medium ad-
ducitur. an indicare nobis pro-
phetia studuit quod ad aduen-
tum redemptoris nostri exercitia
tolum illa sub gedeon duce
pugne uictoria designauit.
Nam talia illic minimum ac-
ta sunt. que quanto magis insi-

pugnandi transeunt: tanto
amplius [illegible] mixti
tecto non recedunt. Quis en-
im umquam cum lagunculis
et lampadibus ad bellum ue-
nit? Quis contra arma ueni-
ens, arma deseruit? Ridi-
cula nobis haec profecto fuerunt:
si terribilia hostibus non fuissent.
Sed uictoria ista ad testimonium
ducitur nostri, ne parua haec quae
acta sunt pensemus. Gedeon
itaque ad bellum ueniens:
redemptoris nostri significat
aduentum. De quo dicitur: Tollite portas
principes uestras, et eleuamini
portae aeternales et introibit
rex gloriae. Quis est iste rex gloriae?
Dominus fortis et potens: do-
minus potens in proelio. Hunc
redemptorem nostrum non solum ope-
ribus sed etiam nomine prophetauit Gedeon. Ge-
deon namque interpretatur circu-
iens in utero. Dominus enim noster per
maiestatis suae potentiam
omnia circumplectitur: et tamen
per dispensationis gratiam,
et intra uterum uirginis uenit.
Quid est ergo circuiens in utero?
nisi quia omnipotens deus et Christus intra
uterum uirginis fuit, per [illegible] suae
[illegible]: [illegible] potentiam maies-
tatis. Madian uero interpretatur de iudicio.
Ut enim hostes eius repellendi destruendique
essent: non sine iudicio repellerentur: sed de
iniusto iudicio iudicati sunt. Et ideo de iu-
dicio uocantur: quia alienum agentes
redemptoris iustae damnatio-
nis meritum: et in uocabulo
nominis trahunt. Cum hos Ge-
deon cum trecentis pergit ad proe-
lium. solet in centenario nu-
mero plenitudo perfectionis
intelligi. Quid ergo in triplicato
centenario numero designa-
tur: nisi perfecta cognitio tri-
nitatis? Cum his quippe dominus
noster aduersarios fidei destruit:
cum his ad praedicationem bel-
la descendit, qui possunt di-
uina cognoscere, qui sciunt
de trinitate quod summa est perfecte sentire.

Notandum uero est: quia iste ccc
numerus in tau litteram conti-
netur. Cui si super transuersam
lineam. id quod in cruce emi-
net adderetur: non iam crucis
species: sed ipsa crux esset. Quia ergo
iste. ccc. numerus. in tau lit-
teram continetur: et per tau litteram
sicut diximus species crucis osten-
ditur: non inmerito in his.
ccc. gedeon sequentibus illi de-
signati sunt quibus dictum est. Si
quis uult post me uenire ab-
neget semetipsum. et tollat cru-
cem suam et sequatur me. Qui
tanto uerius sequentes dominum
crucem tollunt: et erga pro-
ximos suos caritatis conpassio-
ne cruciantur. Unde et per eze-
chielem prophetam dicitur. Signa tau
supra frontes uirorum gemen-
tium et dolentium. Ut certe isti.
ccc. qui in tau littera continen-
tur: hoc exprimerent. quod ferrum
hostium crucis ligno superetur.
Ducti itaque sunt ad fluuium:

ut aquas biberent. et qui
aquas flexis genibus hause-
runt: a bellica intentione
remoti sunt. Aquis namque
doctrina sapientie desig-
natur. Stante autem genu:
recta operatio designatur. Qui
ergo dum aquas bibunt: ge-
nu flexisse perhibentur: et ab
illorum certamine prohibiti re-
cesserunt. Hi sunt qui doctri-
nam cum operibus rectis non
hauriunt. Qui uero doctrine flu-
enta ita hauriunt ut nequaquam
in prauis operibus carnaliter
inflectantur: hi cruce contra
hostes fidei ad prelium pergunt.
Vadunt ergo cum tubis: cum
lampadibus. cum lagenis.
Atque iste ut diximus fuit ordo
preliandi. Cecinerunt tubis: et
lagenas fregerunt lampades oste-
nse sunt: quarum corusca-
te luce hostes territi. in fuga
uersi sunt. Designatur itaque
in tubis: clamor predicatio

num. in lampadibus claritatem
miraculorum. in lagenis fra
gilitatem corporum. Tales quippe se
cum duxit ad predicacionis
prelium dux. qui despecta sa
lute corporum: hostes suos
moriendo prosternerent. eorum
gladios non armis. sed paciencia
superarent. Armati enim uene
runt sub duce suo ad preli
um milites nostri. sed tubis. sed langue
nis. sed lampadibus. Qui sonue
runt tubis: dum predicant.
confregerunt languenas dum
soluenda in passione sua
corpora: hostium gladiis op
ponunt. resplenderunt lampa
dibus cum post solutionem corporum:
miraculis coruscarunt. moxque
hostes in fugam uersi sunt. quia
dum mortuorum martirum cor
pora: miraculis coruscare con
spiciunt. luce ueritatis fr
acti: quod inpugnauerant cre
diderunt. Sonuerunt ergo tubis: ut lan
guene frangerentur. Langue
ne fracte sunt: ut lampades
apparerent. Apparuerunt lam
pades. ut hostes in fugam
uerterentur. Id predicauerunt mar
tires. donec eorum corpora in mor
te soluerentur. Corpora eorum
in morte soluta sunt: ut mi
raculis coruscarent. Corusca
uerunt miraculis: ut hostes suos
ex diuina luce prosternerent.
Et notandum quod steterunt hos
tes contra languenas. fugerunt autem
lampades. quia nimirum perse
cutores sancte fidei predicatores ad
huc in corpore positos tenuerunt.
Post solutionem uero corporum:
apparentibus miraculis in fugam
uersi sunt: quia pauore territi:
a persecutione fidelium cessa
uerunt. Intuendum est quod illic
scriptum est. Quia in dextra
tubas. languenas autem in
sinistra tenuerunt. Pro dextra enim
habere dicimus: quicquid pro
magno pensamus. Pro sinistra
uero: quod pro nihilo duci

mus. Bene ergo illic scrip
tum est quod in dexteram tubas.
et in sinistra lagunculas
tenuerit. Quia christi martires
pro magno habuerunt predica
tionis gratiam: corporis uero uti
litatem pro minimo. Quisquis
enim corporis utilitatem plus
facit quam gratiam predicatio
nis: in sinistra tubam. atque in
dextera lagunculam tenet. Si
enim priore loco gratiam predi
cationis adtendit: et pos
teriori utilitatis corporis: cer
tum est quia dextera tube.
et sinistris lagunculae tenentur.

Moritur gedeon. vi
et relinquit lxx filios.
et unum nomine abimelech
natum ex concubina. qui
conduxit sibi uiros uagos. et
habuerunt post illum. et uenit
in domum patris sui et occi
dit fratres suos lxx uiros super
lapidem. Et remansit ioatham
minor qui absconditus erat et cetera.

hoc factum si mistice perspi
ciatur in ecclesia: quid opus est
ut magno opere scrutetur.
unum gedeon lxx filios. et mul
tas uxores habuisse; et concu
bina de qua unum et malum
filium suscepisse. Quod cum turpe
sit: et turpius esse: si hec
possent ad exemplum in di
uinis libris scripta uideren
tur. non magne alicuius rei
imaginem alicuius rei imagi
nem earum rerum gesta per
typos et figuras ostenderent.
Gedeon igitur ut supra diximus:
typum domini portendebat. Plu
rime uxores eius: multe sunt na
tiones. que per fidem christo inheserunt.
lxx. uero filii eius. septuaginta
lingue sunt in hoc mundo di
ffuse. in quibus per fidem filios si
bi dominus generauit erat.
Concubina hoc loco intelligi
tur sinagoga. que nouissi
mis temporibus auctrix est occi
dii. De qua dicit apostolus

in apocalipsin ait. Qui di
cunt se iudeos esse et non sunt.
sed sunt sinagoga sathane.
De quo uicinus temporibus noui
ssimus filius id est antichristus est ge
nerandus. Cuiusque filius an
cille .i. sinagoge illius pec
catricis. Quia qui peccatum
in quid facit: seruus est peccati.
Hic inquam congregatis sibi
impiis sicut abimalech fecit:
regnum in plebe usurpabit.
interfectisque nobilibus filiis .i.
qui ex diuersis nationibus et
linguis in christo credentes: ad
eo sunt regenerati: in electu
m est persecutionem. ut omnes sa
nctos interficiat. Sed super Christus.
in quo fuit iunior filius
ex nobili matrimonio qui
se abscondit.

Hic inquid ascendit in
monte garizim: et ex
clamauit uoce magna ad
populum. sicut iunior proponens
eis parabolam. Hic ergo
iuniorum filius qui se abs
condebat ut gladium ini
mici euaderet: signum est re
siduum populi israhel: pecca
ntem etiam extremis tempo
ribus credituri: et antichristi gladi
um euasuri. Ascendit inquid
iste in uertice montis garizi:
Sed cur montem ascenderit:
Quia nec prophetare. nec perse
cutionem antichristi quisque eua
dere potest: nisi prius qui in mon
te benedictionis .i. in subli
mitate fidei ac uirtutum as
cenderit. Hic est enim mons
garizim: qui moisi in bene
dictione deputatur.

Itaque cum ascendisset: eleua
ta uoce clamauit et dixit.
Audite me uiri sichem. Uene
runt ligna: ut ungueret
super se regem. Dixeruntque oli
ue impera nobis. Que respondit.
Numquid possum deserere pi
guedinem meam: qua dii utuntur
et homines: et uenire ut inter

ligna promoueat. Dixerunt
queque ligna ad arborem fici.
Veni et sup(er) nos accipe reg-
num. Que respondit eis.
Numquid possum deserere
dulcedinem meam. fructusq(ue)
suauissimos. et ire ut inter
cetera ligna commoueat.
Locuta sunt quoq(ue) ligna ad
uitem. Veni et impera nob(is).
Que respondit. Numquid po-
ssum deserere uinum meu(m).
quod letificat deum et homi-
nes. ut int(er) cet(er)a ligna commo-
uear. Cum ergo repudiata fu-
issent ligna silue ab oliua.
et ficu et uite. uenerunt ad
ramnum. ut eum sibi facere(n)t
regem. Sed prius uideamus
cur oliua. ficus. et uitis. sup(er)
ligna regnare noluer(unt). Lig-
na q(ue) silue homines s(un)t
uanos. et uagos. et(er)no in
cendio p(re)paratos. His ergo
merito noluit nec oliua.
nec ficus regnare nec uitis.

qua non merebantur. Oli-
ua cum gratia spiritus s(an)c(t)i.
et unctionem pacis signifi-
cat. Sicut au(tem) sacre legis ima-
gine h(abe)t. sic in euuangelio
scriptum e(st). Quidam pat(er)
familias plantauit uine-
am. et in uinea sua planta-
uit ficu(m). Pat(er) familias n(on) d(icitu)r.
qui familie sue. i. omniu(m) cre(a)-
tu(rarum) pat(er) e(st). Plantauit ergo ui-
neam. i. populum quia ui-
neam ex egipto transtulisti. et ua(lde)
q(ue) p(o)p(u)l(u)m n(on) uinea(m) ex egipto transtulerat.
In hac uinea plantauit
ficum. id est in populo suo po-
suit legem. Que lex p(ri)m(o)
ciuium p(o)p(u)l(u)m sicut ficus gro-
ssos acidos. et uiles deiecit
in terram. et postea alios fr-
uctus generauit. i. p(o)p(u)l(u)m (christi)a-
nos quem ad dulce euan-
gelice doctrine maturitate(m).
et suauissima(m) pinguedine(m)
(christi). cum gl(ori)a et honore p(ro)-
duxit. Sed uitis in quid no-
luit regnare in eis. Vitem

ait salvatoris nostri typū
habere manifestum ē. Sicut
ipse in euuangelio ait. Ego sū
uitis. ūg̃ quia iam impro
bum sensum. sicut aps̄ dix̄.
futurus ē pp̄ls ille qui antix̄
ē crediturus. Quem ligna sil
ue appellant. Et necesse ē ut
credant mendacio. i. antix̄
qui ueritati et xp̄o noluit cre
dere. Ideo et a uite: i. x̄.
et ab oleo. i. sancti spiritus grā.
et a ficu. i. diuine legis dulce
dine reprobatus. ueniet ad ra
mnum. Ramnus enim ē genꝰ
rubi. quam uulgo senticem
ursinam appellant. asperri
mus et spinosum. Per qu
od merito typus antixp̄i sig
nificatur: qui omni asperi
tate peccatorū. et efferitate.
humanum genus ē uasta
turum. Sꝫ exiet in quo ig
nis de ramno. i. iniquitas
de antixp̄o. et omnes qui
in eo cōfidunt cum ipso pa
riter deuorabit. Videtur ergo gedeō
xp̄i imaginem habuisse, lxx. ū
filij. lxx. lingue s̄. uel nationes.
qui credentes: per sacrām regene
rationem. filij dei ēē meruerunt.
Abimelech uero filius ancille typū
antixp̄i portasse. qui cum gregatas
per diuas nationib; regnum dei
improbe usurpabit. omīs sanc
tos tunc cūcta persecutione. omnīq;
crudelitate trucidabit. Ioatham ū
minor filius: figura sanctoꝝ fuit.
Sicut enim ioatham per fugam
euasit: et reliqui interfecti sunt
fratres sic nemo euadere psecutio
nem poterit antixp̄i: nisi p fugā
recesserit. et in montē benedictio
nis ascenderit. Hic ē mons quem
Sā circumdabunt: quem et sc̄s
moises in benedictionib; sicut
superius iam diximus: in deute
ronomio posuit. vij.

Ad iecerunt filij isrl̄ deinde:
seruire baalim et dijs al
ienis: tradunturq; in manu filio
rum amon. Sc̄ iepte galaadigs

fugiens a facie fratrum suo
rum: constituitur; in prin
cipem ob pugnam filiorū
amon. Qui rediens post tri
umphum: immolauit filiam.
que sibi post uictoriam prima
occurrerat. Sic enim uotū
spoponderat. ut quicquid sibi
primum reuertenti occurre
ret: domino immolaret.
Quis ergo in iepten ꝑui
naratur: nisi dn̄s ihūs xp̄s.
et saluator noster. qui a fa
cie fratrum suorum. i. iude
orum abscedens in gentibus
principatum accep̄. qui om
nia humane salutis sacra
menta. tamquam uictor
expleuit: et quasi filiam im
carnem propriam pro salute
seculi domino obtulit. Iurasse
enim patri ac uouisse uni
genitum legimus in psalmo
dicente. Sicut iurauit do
mino: uotum uouit deo ia
cob. Scilicet ut sacramentū

religionis uicarius sue pa
ssione. et pro salute generis
humani expleret. Hec ergo
secundum gestorum historiam ita
per xp̄m acta sunt ut uidean
tur pro religione qua uiui
uerit esse completa. viii.

Post mortem gepte tra
ditur isrl' in manus
allophilorum. nascitur;
samson qui liberauit isrl'.
Sanson autem quondam do
mini nazareus. Hic quod etiam
in typum xp̄i gestum. Pri
mum quod ab angelo na
tiuitatis eius adnunciatur.
Deinceps quia nazareus
dicitur. et ipse liberauit isrl' de
hostibus. Postremum quod
templum allophilorum sub
uertit. et preter multa mi
lia hominum que illum illuserant.
Natiuitas ista samson que
per angelum adnunciatur:
similitudinem habet priorum
prophetarum. qui natiuitatem

137

dominum ſecundum carnē
adnuntiauerunt. Deince-
ps ēē angelus qui ad ma-
riam loquitur dicens. Ma-
ria inuenisti gratiam an-
tem conſpectum domini. et
paries filium. et uocabis
nomen eius hemmanuel.

Hic enim ſaluum faciet po-
pulum ſuum a peccatis eo-
rum. Sanſon autem interpre-
tatur ſol ipſorum. ſed qui-
a eorum ſcilicet quibus
lucet. non omnium ſicut ē
oriens ſuper bonos et ma-
los. ſed ſcilicet quorundā.
Quia et redemptor noſter
ſol appellatur. dudum ipſum
dominum ihm per prophe-
tam eo nomine uocatur.
Orietur uobis ſol iuſtitie. et
ſanitas in pennis eius. vere enim hic
ſol iuſtitie ē. qui omnium electorum men-
tes. celeſti lumine clarificat.
Hic uere nazareus et ſanctus dei.
cuius in ſimilitudine ille na-
zareus ē nuncupatus.

Hic ergo dum tenderet ad
miniſterium nubtiarum.
leo rugiens occurrit ei. Qu-
id igitur erat in ſanſon ob-
uium leonem necans. cum
petende uxoris cauſa ad alie-
nigenas tenderet. niſi xps
qui eccl'am uocaturus ex gē-
tibus uincens diabolum
dicat. Gaudete. quia ego
uici mundum. Quid exo-
re ipſius leonis occiſi. fa-
uus ſignificabat extracti.
niſi quia ut conſpicimus
leges ipſas regni terreni.
que aduerſus xpm ante
firmauerant. Nunc iam
perempta feritate. dulce-
dinem euuangelice predi-
cande. ēē munimenta pre-
bere. Illud ēē ſanſon ex-
preſſit. quos paucos qui-
dem dum uiueret interi-
mit. deſtructo autem templo
hoſtes innumeros cum

moreretur occidit: quia
nimirum dominus ab
elationis infidelitate pau-
cos cum uiueret: plu-
res tamen cum templum sui
corporis solueretur: exanimē.
atque elatos ex gentibus
quos uiuendo sustinuit:
simul omnes moriendo
prostrauit.

Iam uero reliqua eius quod
ei mulier subdola caput
rasit. et allophili illum
dum tradiderit. quod cap-
tiuus ē. quod cecatus ē:
quod ad molam deputa-
tus ē: in his enim non xp̄c.
sed illi figurantur: qui
solo tantummodo in eccle-
sia xp̄iano nomine glori-
antur: et malis actibus
iugiter implicantur. Uir
enim in nobis: sensus rō-
nalis intelligitur. caro
quasi in typum mulie-
ris accipitur. Si enim
mulieri. i. carni nostre
blandienti libidini. uel
reliquis malis operibus
consentimus: spiritali gra-
tia qua nazarei esse sig-
nificamur nudati expolia-
mur atque decipimur.
Ita enim superbis et pe-
ccatoribus: uiolata xp̄i
gratia. sic sansō incisa coma

diabolus

diabolus illudit. Sed quid est
quod sanson ille ab allophi-
lis captus postquam oculos
perdidit: ad molam deputatus
est. quia nimirum maligni
spiritus postquam temptatio-
num stimulis intus aciem contem-
plationis effoderint: foris ho-
minem in circuitu laborum
mittunt. Quod si aliquando .i. per agen-
dam penitentiam redeat: illud
nobis coma reducitur .i. gratia re-
florescente: reparatur ad vir-
tutem. Deinde cupiditatis ac
luxurie subversis columnis vic-
tores hostes deicit. et resecato
certamine in finem fortissime
demonibus triumphabit.

Incipit liber .xvii.

Videamus nunc et ruth.
Hec enim et ista typum
ecclesie. Primum quod alieni-
gena est. et populo gentili que re-
licta patria. et omnibus que illi
erant. vadit in terram israel. Et
cum prohiberet illam socrus
sua pergere secum: perseverabat
dicens. Quocumque perrexeris
pergam. Populus tuus: populus meus.
et deus tuus: deus meus. que te
moriente terra suscepit: in ea
moriar. Que vox sine
dubio typum in illa fuisse
ecclesie manifestat. Sicut enim
in ecclesia ex gentibus ad domi-
num convocata relicta patria sua
que est idolatria. et omnia ter-
rena conversione terrena: profitea-
tur dominum esse suum in quem
sancti crediderunt. et illam se
iturum ubi caro christi post passio-
nem ascendit. et ob eius nomen
in hoc seculo pati usque ad mortem.
et cum sanctorum populo patriar-
chis scilicet et prophetis consocianda.
De quorum societate quod
sancta ex stirpe abrahe veni-
entibus consociarentur: moyses
ostendit dicens. Letamini
gentes cum populo eius. id est
hi qui ex gentibus crediturni es-
tis: cum illis qui primi electi

sunt etiam letitia exultate.

Ingressa autem ruth cum socru sua in tantum usque: ob merita obsequiorum suorum prouidetur. ut homini coniungeretur ex habrahe stirpe uenienti. Et primum quidem huic quem ipsa propinquum magis esse credebat: negat ille se posse illi nubere. Et recedente illo per testimonium decem maiorum: booz illi coniungitur et ab ipsis decem senioribus benedicitur. Sed quod prius ille cognatos confitetur se eandem nubere non posse.

Hoc in loco iohannis baptiste signum ostenditur. Quia cum ipse a populo iste christus putaretur: et interrogaretur quis esset. non negauit sed confessus est dicens christum se non esse. Et ipse uetantibus hiis qui missi fuerant: et inquirentibus quis esset respondit. Ego sum uox clamantis in deserto. Nouissime confitetur de domino ipse dicens Qui habet sponsam: sponsus est. Sed autem amicum sponsi manifestat: cum adiecit. Amicus autem sponsi est: qui stat et audit eum et letatur propter uocem sponsi. Hunc ergo sponsum estimabant: quia christum in die uisitationis sue. uenisse non intelligebant. esse ecclesie sponsum. qui per prophetas esse uoces ante promissus. sed sicut ille propinquus negauit. et postea ruth coniungitur booz. Ita et christus qui uere sponsus ecclesie est. quam omnium prophetarum oracula cecinerunt. dignatus est ecclesiam assumere. et ex omnibus gentibus per totum orbem terrarum deo patri innumeros populos offerre. Quod uero excalciat se cognatus ille uetitum consuetudo erat. ut si sponsus sponsam repudiare uellet: discalciaretur ille. et hoc esset signum repudii. Hinc inde ille excalciari iubetur: ne ad ecclesiam quasi sponsus calciatus accederet. Hoc enim christus

139

seruabatur: qui uenit sponsus
ecclesie. Decem autem maiorum nar-
rat benedictio: hec ostendit. in
nomine ihesu omnes esse gentes
saluandas ac benedicendas.
Iosua enim apud grecos: ihesus
significat. que prima littera
nomen domini ihesu exprimit.
per quem omnes gentes saluan-
das. ac benedicendas esse demo
nstrat. Ne dubitet ergo quisquam
ut dicat sunt credere: cum ui
deat uniuersa, que uaticinio figuris
antecedentibus precessisse. et per ad
uentum domini manifesta et adim
pleta esse. Et que super sunt
hoc modo perficienda in ueritate
consonantibus omnibus uocibus
et figuris sanctarum scripturarum.
Que adimpleuit is qui pollicetur
est per filium suum ihesum xpistum.
dominum. Regem et saluatorem
nostrum. cum quo est illi honor et
gloria in secula seculorum amen.

Explicit liber iudicum

Ca[pitula] .... I.

i De natiuitate samuelis.
ii De propheta ad heli destinato.
iii De arce captiuitate [illegible] ad uictoriam.
iiii De sacrificio samuelis. et lapide
v De unctione saul regis.
vi De ieiunio indicto a saule.
vii De agag rege seruato.
viii De arreptione saul ab spiritu nequam.
ix De dauid et unctione eius.
x De certamine dauid et golie.
xi Ubi saul ad dauid pro centum preputiis
philistinorum: filie promittit coniu
xii Ubi canente dauid spiritum domini [illegible] uiuum.
saul repellebat in inimicum.
xiii Ubi misit saul ad domum dauid cus-
todes ut interficeretur.
xiiii Ubi missi ad dauid capiendum propheta-
re ceperunt.
xv Ubi dauid ad abimelech sacerdotem uenit.
xvi Ubi dauid ad regem achis fugit.
xvii Ubi in spelunca dauid clamidem precidit.
xviii Ubi dauid dormiente saul hastam
xix Ubi amalechite a dauid [illegible] tulit.
superantur.
xx Ubi phitonisse consulit saul

Vbi occiditur saul. Incipit liber regum iiii

P ost librum iudicum
sequitur regum et
aspice tempora. Primo
iudicum. Postea regum. Sic
erat primo iudicium. Deinde
regnum. In his autem regum libris
multis et variis modis sacra
menta christi atque ecclesie revelantur.
Nam ab ipso exordio regni
commutatum sacerdotium in samue
le reprobato heli. et commutatum
regnum in david reprobato sau
le exclamat pronuntiari novum
sacerdotium novumque regnum re
probato vetere. quod umbra erat
futuri. in domino ihesu christo ve
turum. Nonne ipse david cum pa
nes propositionis manducavit.
quos licebat manducare non
solis sacerdotibus. in una persona
utrumque futurum. i. in uno
ihesu christo regnum et sacerdotium
significavit. Itaque ut predictum
est ipsa samuelis sacerdotis succe
ssio. novum et sempiternum sa
cerdotium prefigurabat quod est
christi ihesus. Heli sacerdote reprobato.
i. iudaico sacerdotio abiecto.
mater quoque ipsa samuelis
anna que prius fuit sterilis.
et posteriori fecunditate leta
ta est. autem est nomen. i. anna gratia est
interpretatum. Ipsam re
ligione christiana dei gratiam
significat. qua ubi christus oritur.
ipsam quoque ecclesiam que olim
sterilis nunc fecunda in terra lau
de letatur. quod nichil aliud in
cantico suo prophetare videtur.
non mutationem veteris testa
menti vel sacerdotii. In novum
testamentum vel sacerdotium
qui est christus. non forte quis dicat.
nichil annam prophetasse. sed
deum tantummodo propter filium
impetratum. exultanti predi
catione laudasse.

Q uid ergo est quod ait.
arcum potentium fecit
infirmum. et infirmi precinc
ti sunt virtute. Plenum panibus

minorati sunt: et esurientes transierunt finem. Quia sterilis peperit vii: et fecunda in filiis infirmata est.

Numquid ipsa vii peperit? Quamvis sterilis fuerit: unicum habebat quando ita dicebat.

Sed nec postea vii peperit: sed vi. ex quibus septimus erat ipse samuel. scilicet tres mares et duas feminas.

Deinde in illo populo cui adhuc nemo regnaverat: quod in extremo posuit. dabit virtutem regibus suis: et exaltabit cornu christi sui. verum dicebat. Summum prophetabat: Dicere gratia ecclesie christi civitatis regis magni. gratia plena: prole fecunda. dicere quod tantum ante se prophetatum. post huius pie matris agnoscat. Confirmatum est cor meum in domino: et exaltatum est cornu meum in deo salutari meo. et cetera.

Interim samuel erat ministrans in templo domini. accinctus ephot. Porro filii heli divina sacrificia temnantes: peccabant coram domino. et deridebant populos: multi sacrificium dei. verum et heli sacerdos pro eorum iniquitate damnatus est: quod eos peccantes minus severa animadversione plectebat. Miseri-me. Et quidem cohercuit. et quidem corripuit. sed lenitate et mansuetudine patris non severitate et auctoritate pontificis.

Quam sententiam discant sacerdotes: quoniam ipsi pro peccatis filiorum. id est propter scelera punientur. Quicumque et quamvis sancti sunt: culpa tamen subditorum eisdem sibi coherceant reputatur.

Venit autem propheta dei vir quidam ad heli sacerdotem et dixit ei. Hec dicit dominus. Numquid non aperte revelatus sum domui patris tui cum esset in egipto in domum pha-

uis et elegi eum ex omnibus
tribubus iſrahel michi in ſa-
cerdotem. ut aſcenderet ad al-
tare meum et adoleret michi in-
cenſum. et portaret ephod
coram me. et dedi domui pa-
tris tui omnia de ſacrificiis
filiorum iſrahel. Quare ergo cal-
ce abicitis victimam meam.
et munera mea que precepi ut
offerrentur in templo. et ma-
gis honorasti filios tuos quam
me. ut comederetis primitias
omnis ſacrificii iſrahel populi
mei. Propterea ait dominus
deus iſrahel. Loquens locutus ſum.
ut domus tua et domus patris
tui miniſtraret in conſpec-
tu meo uſque in ſempiternum.
Nunc autem dicit dominus.
Abſit hoc a me. ſed quicumque
glorificaverit me glorifica-
bo eum. qui autem contempnu-
nt me erunt ignobiles. Ec-
ce dies veniunt. et precidam
brachium tuum et domus pa-

tris tui. et non ſit ſenex in do-
mo tua. et videbis emulum
tuum in templo. et in univer-
ſis proſperis iſrahel.

Que prophetia de mutatione
ſacerdotii non est in ſamue-
le completa. ſed in domino
ihesu christo expletur adumbrata.

Nam poſt ſamuelem prophetam
poſtea ſacerdotes fuerunt
de genere aaron. ut ſadoch et
abiathar regnante david.

Non et alii deinceps antequam qui-
dam tempus veniret quo
iſta de ſacerdotio mutando per
christum effici oportebat.

Nam cum dicit loquens lo-
cutus ſum. ut ſupra. uſque
erunt ignobiles.

Ecce ibi dies qui prenun-
ciata ſunt. iam enim vene-
runt. Nullus enim ſacerdos
est ſecundum ordinem aaron.

Nam et aliquid quod ibi
ſequitur ſuſcitabo michi
teſtem fidelem.

De xpo ihu novi testamenti
novo sacerdote dicitur.
Quod vero ad iungitur. et
erit qui remanserit in
domo tua veniat ut adoretur
pro eo. Non pro prole de domo
domini hunc heli. sed illius aaron
de quo usque ad adventum ihu
xpi homines remanserunt.
De quo genere est hunc usque non
desunt qui veniant et convertantur.
De quibus alius propheta dixit. Re
liquie israel salve fiant. unde
et apostolus. Sic ergo inquit et in hoc
tempore reliquie per electionem
gratie salve facte sunt. De talibus
enim residuis bene intelligi
tur esse quod dictum est. Qui
remanserit in domo tua ve
niat ut oretur pro eo. Profecto
qui credidit in xpm sicut tempori
bus apostolorum ex ipsa gente plu
rimi venerunt et crediderunt
neque nunc desunt. Qui li
cet rarissime tamen credant. ut
impleatur in his quod hic h

dei locutus est.
Quod vero continuo sequitur
ad uincem. et offeret nummum
argenteum. et tortam panis.
Quid per nummum argente
um. nisi oris confessio de
signatur. que fit credentibus
ad salutem. Argentum enim
pro eloquio poni solet. psalmis
ta testante qui canit. Eloquia
domini eloquia casta. argen
tum igne examinatum. pro
batum terre purgatum.
Quod ergo dicit iste qui ve
nit. Dimitte me obse
cro ad unam partem sacerdo
talem. ut comedam bucel
lam panis. Sacerdotalem
partem corporis xpi .i. ecclesiam dicit.
cuius plebis ille sacerdos est me
diator dei et hominum homo xpc
ihs. cui plebi dicit apostolus petrus.
Plebs sancta regale sacerdotium.
In hanc partem sacerdotalem
postulat comedere bucellam
panis. quibus verbis ipsius sa-

cisicium ẋanorum elegant
expressit. De quo dix̄ sacerdos
ipse. Panis quem ego dedero ca
ro mea ē p seculi uita. Ipsud ē
quippe sacrificium. non scđm
ordinem aaron: s; scđm ordi
nem melchisedech. III.
Igitur postea quam h insigni
a mutacionis ueťis testamēti
a ppha illo pnunciata sunt.
heli offendente dño isrl' instru
xerunt acie philistei contra
eos. Voluerunt aũ isrlite archā
ad tuicionem suam. captaq;
ē ab hostib' archa. ipsiq; nō
solum uicti sunt et in fugā
uersi: immo ēt magna strages
facta ē occisorum.
Non nichil aũt futurorum
significant gesta h. Pro
phice enim archa illa ab alie
nigenis capta. indicabat
testamentum dei transiturū ad
Quando enim gentes
nunciatum ē heli sa
cerdoti captam fuisse archā
domini: cecidit de sella et mor
tuus ē. Transeunte archa do
mini ad gentes: periit atq;
interiit sacerdotium uetus.
Duo quoq; filii heli qui cor
ruerunt: quorum unius uxor
ingravata: et mox in partu
mortua ē pp̄t eandē ptur ba
tionem. quo euidenti signo
pfiguratum ē: post extinc
tum sacerdotium uetus: car
nalem interisse sinagogam.
illi carnaliter inherentem. Pr
ostratoq; heli de sella. ponti
ficis ueterum sedem h abue
re uacuam. ⁊ gliam sacerdo
cii regnumq; extinctum. S;
quid ē qđ dum posuisset phi
listiim archam dñi in tem
plo dagonis di sui. intraue
runt templum. et inuener
dũ suum pstratum atq; cō
fractum. caput ei duasq; ma
nus abcisse.
Statim enim ut testamē
tum domini puenit in

gentibus. confestim idola que
acceptum possidebant ordine:
destructa sunt. omniumque eorum
simulacrorum corruptio. presentiam
arce dei ferre non sustinens.
Nam in manibus dagon preci-
sis: opus ydolatrie deputatum.
et in capite eius superbia diabo-
li abscisa significabatur. ad
limitem positi sunt. quod non imme-
rito ut certum sed presentium
que sunt idolatrie finem ag-
nosceret. Limen enim finem
tamen significat. et illud ad
magnam pertinet significatio-
nem. Jn ipsa truncus dagon di-
missus: atque truncum quod dorsum
uocamus solum inuenitur. sine
cunctis membris. Dorsum
quippe fugam significat. Qui-
cumque enim fugiunt: perse-
quentibus dorsum dant. Unde
scriptum est de hostibus quia po-
nent dorsum. Ubi sunt enim
idola perierunt. et si aliqua rema-
nentia ab aliquibus absconduntur.
fugerunt. Quod autem per-
cussi sunt in posteriora hi qui archam
domini capti[illegible]uauerunt:
hoc prorsus uidetur. Quia si
qui suscepit testamentum
dei. et posteriora uite dilexerit:
ex ipsis iustissime cruciabuntur.
Quia sicut apostolus inquid: exis-
timare debent eadem sicut ster-
cora. Qui enim sic assumunt
testamentum diuinum. ut
in posteriora respiciunt. uel
certe se uanitate non exuunt:
similes sunt hostibus illis qui
archam testamenti captiuam
iuxta idola sua posuerunt.
Et illa quidem uerum. et uolentibus
cadunt. Quia enim omnis
caro fenum: flos decidit. ar-
cha domini manet in eternum.
secretum scilicet sacramentum.
regnum celorum non est eternum dei.
Hacte autem ille al Cubum.
lophilorum archam dei ges-
tantes: figuram sanctorum renun-
tiantium seculo designauerunt.

qui pallium delicti iugum tra-
xerunt. Nam sicut ille pig-
norum atque fetus. a recto iti-
nere minime digressi sunt:
ita sancti viri regnum clamant.
parentele obtentu non debent
a bono impediri proposito. Sicut
enim nobis non obedientia est
anima: sed eius carnales affec-
tus odio debemus habere: ita
nec proximi odio aut habendi sunt.
sed eorum impedimenta quibus
a recto itinere nos impediunt.
Sicut et moises ait. Qui di-
cunt patri suo et matri nescio
vos: et fratribus ignoro illos: sequitur
dominum. Et nescierunt filios suos:
hi custodierunt testamentum
dei. et precepta eius servaverunt.
Iudicia tua iacob: et legem tu-
am israel. Hic enim scire dominum
familiaritatis appetit: qui pre
amore pietatis eius nescire
desiderat quodcumque carna-
liter scivit. iiii.

Samuel autem post mortem
heli: regebat israelem. Congre-
gato autem omni populo: excla-
mavit ad dominum pro israel: et
exaudivit ad dominum eum.
Et cum offerret holocaustum:
accedentibus alienigenis contra
populum dei: intonuit dominus
super eos et confusi sunt. et of-
fenderunt coram israel: atque con-
fusi sunt. Tunc assumpsit
samuel lapidem unum: et po-
suit eum inter masphot: et
inter sem. sive ut interpretes .lxx.
transtulerunt: inter masseph-
at novam et veterem. Vocavit
nomen eius: lapis adiutorii.
et dixit. Usque huc auxiliatus
est nobis dominus.

Massephat: interpretatur
intentio. Lapis ille adiu-
torii: medietas est salvatoris.
per quem transeundum est a ma-
ssephat veterem ad novam
.i. ab intentione qua expectaba-
tur in carnali regno beatitu-
do falsa carnalis ad intentionem

143

quia per novum testamentum expectatur in regno celorum. ubi est beatitudo verissima spiritalis. quam qui nichil est melius hunc usque quam auxiliatus est deus.

Iste samuel in vocatione nominis domini. et exaudivit eum dominus. et in tempore messis pluviam impetravit. Pluvia enim in sacris scripturis: verba sunt evangelii sive legis. Sic moyses dicit. Expectetur sicut pluvia eloquium meum et descendat sicut ros verba mea. Hanc enim pluviam dedit mundo christus in tempore messis. id est quando gentes colligi oportebat. ut sicut frumentum in orreis: sic in ecclesiam congregarentur.

Iudicavit autem samuel israel omnibus diebus vite sue. Fueruntque usque ad eum iudices et principes super israel. Porro filii samuel declinaverunt post avaritiam: et accipiebant munera. Et tam iniqui iudices extiterunt: ut populus neque

quam eos ferret: regem sibi in similitudinem ceterarum gentium postularet. v

Quibus dedit deus saul regem. unguitque volente domino. prior apparuit in regno. Qui et ipse quidem ideo quod unctus est: imaginem christi postulavit. Unde et beatus david et ipse christum nuncupat ait ad eum: qui se finxerat saul occidisse. Quomodo non timuisti mittere manum tuam in christum domini?

Hinc est quod et ab humero sursum saul super eminebat omnibus. Quia caput nostrum sursum est supra nos quod est christus.

Ideo autem quod reprobatus postea et reiectus est: succedente in regno david. ipsi ut predictum est israel personam gestavit. qui postquam regnum ademptum fuerant amiserunt: christo domino nostro per novum testamentum non carnaliter sed spiritaliter regnante. vi.

Iste autem saul dum pergeret

dimicantis adversus philis-
tinos: indixit cuncto exercitui ie-
iunium. quousque vindicaretur
a p̄uo. Sed ionathan filius eius
videns in superficie agri mel: ex-
tendit summitatem virge. et
intinxit in favum mellis. et
gustavit et illuminati sunt oculi eius.
Non utique ad videndum il-
luminatur qui antea vide-
bat sed ad discernendum quia ve-
tita attigerat. Hunc enim casus
illexit et ad eum fecit illum ad-
tentum. iudicioque confusum.
Quo facto admonemur omnes ille-
cebras voluptatum in seculo de-
bere contempnere: si qui deo
nitimur militare. Non enim
possumus contra allophylos spirituales.
id est adversus principes tenebrarum
unius animi concurrere: quis-
quis adhuc huius mundi ne-
gligit dulcedine declinare. Mel
enim distillant labia meretri-
cis. quod est delectatio voluptatis
carnalis. De quo putatur iux-
ta mysticum intellectum hunc
gustasse ionatham: et sorte
deprehensum. iux. ppli p̄cab' i-

Iussit iterum saul vii [illegible]
populum adversus amalech. Inter-
fectisque cunctis hostibus: pepercit
agag regi. nec voluit disper-
dere omnia iuxta preceptum
domini. Irascitur ei dominus.
Veniens autem samuel sump-
sit gladium. et in frusta concidit
agag.

Quando legitur
quidam inscriptionis. quod
sic nullis hostium parcit: efficitur
crudele. et humanum sanguinem sitiente.
dicitur. qui cum percussisset: ut non
relinqueret ab his qui salvi fierent.
Et non intelligitur in his verbis
obumbrata misteria. Et hoc
magis nos iudicant. ut pug-
nantes adversus vitia: nullum
penitus ex his relinquere debea-
mus: sed omnia interimere.
Nam si perfectum in pugnatur: non
icspā sicut reputatum est saul
qui unum reservaverit re-
gem amalech. Quoniam quisque

iustus manebit. Si adhuc ali-
quid peccati in semetipso servave-
rit sicut Saul. At vero sancta insigni-
ta sancti Samuel: ita serviunt
super hostes suos. id est super vitia pe-
ccatorum. ut non permittant re-
linqui aliquid peccati inpunitum.

Igitur recedente a Saul Cvii.
domino propter inobedientiam ar-
reptus est maligno spiritu a do-
mino. Inruebatque in eo spiritus do-
mini malignus. et exagitabat

Hic iuste queritur. Cviii.
si spiritus domini. cur ma-
lus? Si malus cur domini? Sed
duobus verbis comprehensa est et
illo potestas iusta. et in diabo-
lo voluntas iniusta. Nam
idem spiritus malus per nequissimam
voluntatem: et idem spiritus domi-
ni per certam ac iustissimam po-
testatem. Unde ergo spiritus domini
appellatus est diabolus propter
ministerium. quia omnibus est spi-
ritibus malis: unde utitur deus.
vel ad dampnationem quo-
rumdam: vel ad emendationem
vel ad probationem. Et quamvis
malignitas a domino non sit:
potestas tamen nisi a domino non est.
Sicut et alibi dictum est. Etiam
sopor domini qui occupaverat
milites eiusdem Saul: cum David
hastam et scyphum abstulisset
a capite dormientis. Non quia
tunc sopor in domino erat: ut
ipse dormiret. sed quia ille so-
por qui tunc homines apprehen-
derat: nutu dei erat infusus.
ne David et servi eius presentia sen-
tirentur. Dicitur est spiritus domini
malus: hoc nutus dei faciendum
in Saul. quod eum pati iudex
omnipotentissimus iudicabat.
Quia spiritus ille voluntate qua
malus erat: non erat dei. Tractatio-
nem vero qua conditus erat. et potes-
tate quam non sua sed domini om-
nium equitate acceperat dei erat.

Ibatque Saul propter in- Cviiii.
obedientiam reprobato. mittit
dominus Samuelem ad Isai. et sumpto

cornu olei: unx in regem dd.
S; uideamus eundem dauid:
quomodo xpm prophetice significaue
rit. Dauid enim interpretatur
manu fortis. siue desiderabilis.
Et quid fortius leone illo de tribu
iuda qui uincit mundum: Et
quid desiderabilius illo de quo
dicitur. ueniet desideratus cunc
tis gentibus: Unguitur iste dd
in regem futurum: denuntians
per unctionem illam xpm. Xps enim
a crismate appellatur. Dauid ab
officio pastorali pecorum: ad ho
minum regnum transfertur.
Noster autem dauid ipse ihs ab
ouibus iudaice plebis ablatus:
in regnum gentium trans
latus est. In iudea enim non est
modo xps. ablatus est inde. nunc
gentium greges pascit.
Erat autem dauid in canticis mu
sicis eruditus.
Diuersorum enim sonorum
rationabilis moderatusque:
que concentus dicimus con
cordiam uarietate compac
tam. ordinataque; ecclesie insi
nuat unitatem. que uariis
modis cotidie resonat. et sua
unitate musica modulatur.
Iste ad huc puer in cithara
suauiter immo fortiter canens.
malignum spm qui operaba
tur in saule compescuit.
Non quod cithara illius
tante uirtutis erat: S;
quod figura crucis xpi que in
ligno extensione neruorum
mistice gerebatur: ipsaque;
passio quam cantabat. iam tunc
spus demones opprimebat.
Leonem quoque; et ursum: dd
idem necauit. Ursum uidelicet;
diabolum: leonem anti xpm.
Alterum nec hominibus latentem
insidiantem: alterum in post
modum manifestissime se
uientem. LX.
Iste dauid siquidem in prelio
gigantem superauit: cum
ad usus populi dei alienigene

dimicarent. Prouocauit enim unus unum goliath dauid.

Prouocauit superbia humilitatem. Prouocauit diabolus christum. Accepit arma bellica saul dauid: ut ad usus goliam procederet. Haec arma portare. et parcam staturam corporis portare non ualuit. Abiecit honerantia. accepit quinque lapides de flumine. et posuit in ualle pastorali. His armatus: processit et

Hoc ille quidem Tuiat. dauid: sed misteria perscrutemur. In dauid christus intelligitur: qui tempore reuelationis noui testamenti in similitudine. et commendatione gratie ueniens arma deposuit: et quinque lapides tulit. Deposuit ergo corporalia sacramenta legis. que non sunt imposita gentibus. deposuit que non obseruamus. Quanta enim in ueteri lege et legimus et non obseruamus. Sed tamen ad aliquam significationem premissa et posita intelligimus. Denique haec arma deposuit: tamquam honerantia sacramentorum ueteris legis. et ipsam legem accepit. Quinque enim lapides: quinque libros moysi significant. Tulit ergo illos quinque lapides de flumine. id est de seculo. Labitur enim mortale seculum et preterfluit quicquid uenit in mundum. Erant enim in flumine: tamquam in populo illo primo. Lapides erant illic inutiles. et uacabant. nichil proderant. transiebat super fluuius. Sed quid fecit dauid: ut lex utilis esset: accepit gratiam. Lex enim sine gratia impleri non potest. Plenitudo enim legis: caritas. Quia ergo gratia facit implere legem significatur: autem gratia lacte. Hoc enim est in carne gratuitum. ut mater non querit accipere: sed satagit dare. Haec mater gratis dat. et contristatur

si desit qui accipiat. Quo[m]
[er]g[o] ostendit dauid legem sine
gr[aci]a op[er]ari non posse: u[er]u[m] cum
illos lapides quinque quib[us] sig
nificabat lex in libris quinque.
Coniungere uolens gr[aci]e: po
suit in uase pastorali quo lac
mulgere consueuerat. His ar
matus: p[ro]cessit ad u[er]sum go
liam superbum . se iactantem.
de se p[re]sumentem. Tulit unum
lapidem . et deiecit diabolum.
in fronte p[er]cussit et cecidit.
Ex eo loco corporis u[bi] signum
[Christi] n[on] habuit. Hic quoque uet ad
tendas: quinque lapides posu
it: unum misit. Quinque li
bri lecti s[unt]: s[ed] unitas uicit. Ple
nitudo enim legis: caritas e[st].
ut ait ap[osto]l[u]s. Sufferentes in
uicem in dilectione. Studen
tes seruare unitatem sp[iritu]s in uin
culo pacis. De inde illo
p[er]cusso atque deiecto: gladium
eius abstulit. et inde caput
illi abscidit.

Et h[oc] fecit uir dauid. deiecit
diabolum de suis: qui cre
dunt imaginem eius quos ille
in manu habebat. et de quib[us]
certas animas trucidabat. Con
uertunt linguas suas contra dia
bolum: et sic golie gladio suo
caput abscidunt. XI

Preterea uictoria dauid: animu[m]
saul regis offendit in dignantis.
quod e[st] intellexit: et dauid idem
multa . conclamantiu[m] publice
gratulationis ora insonarent.
Hinc inuidia saulis et seme
odiorum ad u[er]sus dauid: que dis
simulator callidus ut eum
sine insidiis suis posset offe
rre discrimini: statuit eum
michol filie sue nuptiis al
ligari . si centum sibi allophi
lorum p[re]putia uictor offerret.
Pro quibus: centum ducenta
dedit ille. Et unde creditus e[st]
regio parere uoto: inde auct[us]
e[st] glorioso triumpho. Ita et
iudei dum contra uoluntatem di

xpiſtum in terſicere intuitur?
pro ſalutem gentium egerit.
per quod circūciderunt exanguē.
Quod uero dauid prius alie-
nigenarū preputia attulit: et
ſic demum filie ſaul nuptiis
heſit: ſignificabat quod xpiſtus non
prius ſinagogam conubio
ſuo ſponderet: niſi antea glo-
riſis ingentibus fieret. Prius enim
in nationibus reſecauit
carnis pollutionē: et poſtea
copulatus ē ſinagoge. Poſ-
quam enim ſicut ſcriptum ē
introierit plenitudo gentiū:
tunc omnis iſrael ſaluus fiet.
Dupla enim ducenta prepu-
tia attulit. ſiue pro iudeis et gen-
tibus adquiſitis: ſiue quia ma-
ior ē numerus adquiſitionis
ipſi gentium quā circūciſorū
iudeorum. Cxij.

Nunc deinde odium ſaul
ad uſus dauid irritum
ut rex ob medelam ſui ſpiritus
dauid tempore pſallentē. iaculo
conaretur configere.

Sed quid ē quod diuini ſa-
ulem ſpiritus aduerſus inua-
deret: ad prehenſam dauid ci-
tharam. eius ueſaniam miti-
gabat: Per ſaulē enim iudeorum
dementia. per dauid autem hu-
militas xpiſti ſignificatur. Cum ergo
ſaul ab immundo ſpiritu arripitur:
dauid canente eius ueſania
temperatur. Quia conſenſus
iudeorum per blaſphemiā infuro-
re uertatur: dignum ē ut ad ſa-
lutem mentis conuertantur quaſi
dulcedine cithare. locutionis
euangelice tranquillitate reuo-

Miſit ſaul Ciij cetera.
cuſtodes ad domum da-
uid ut cuſtodirent eum et inter-
ficeretur. Abſceſſit autem dauid
nocte: et fugit. atque ſaluatus
ē. Cumque ueniſſent nuntii
ſaul: inuenerunt ſtatuam in lecto
dauid poſitam. et pellem pilo-
ſam ad caput eius.

Audiamus ergo quid hec ſig-

iustificat: quod miserit saul ad custodiendam domum dauid ut eum interficeret. Hoc non ad crucem domini: sed tantum ad passionem eius pertinet enim. Crucifixus enim est et mortuus et sepultus est. Erat ergo illa sepultura tanquam domus dauid: ad quam custodiendam misit regnum iudeorum. quando custodes adhibiti sunt sepulcro christi. Quomodo ergo ad hoc custodita est domus. si dauid fugerit? Si dauid figurabat christum: quare custodiebatur ut interficeretur: dum non in sepultura christus. sed in cruce sit interfectus? Refertur hoc ad corpus christi qui interficere christum erat: tollere nomen christi. Neque enim crederetur in christum: si mendacium preualeret custodum. qui corrupti sunt ut dicerent: quia dormientibus nobis. uenerunt discipuli eius: et abstulerunt eum: Hoc ergo uelle christum interficere: nomen resurrectionis extinguere. ut mendacium euuangelio preferretur. Sed sicut illud non ualuit ut interficeret dauid: sic nec istis ualuit ut memoriam christi delerent. Isti autem qui de saul ueniunt. id est de regno iudeorum in christo presumere uoluerunt. offenderunt in lapidem offensionis. tanquam in statua. et hedus eius uisus est agnus. quia in quem peccatum non inuenerunt: quasi peccatorem persecuti sunt. xiiii

Igitur dauid regie manus ictus deuitans: eiusque persecutiones declinans fugit. uenit ad samuelem. Et misit saul nuntios qui apprehenderent dauid. Samuel autem erat inter prophetas et cetum prophetarum qui illo tempore prophetabant. Nuntii autem qui missi sunt: accepto eodem spiritu prophetauerunt. Missisque aliis hoc contigit. et tertiis itidem hominibus. Postea uero cum et ipse saul uenisset: factus est super eum spiritus domini et ambulabat ingrediens et prophetabat.

Queritur autem quomodo et
illi cum ipsi issent ad tenen-
dum hominem et ad necem du-
cendum: tali spiritu effici meruerint.
et saul ipse qui miserat uen-
iens: et ipse sanguinem innocen-
tem querens effundere: accipere
meruit spiritum illum et prophetare.
Quantum enim ad ueritatem ad-
tinet: non est mirum hominem
reprobum. ad momentum transi-
torie prophetasse. Nam et multa
simile prophetie donum leguntur
habuisse. sicut balaam ille re-
probus: quem docet scriptura
iudicio diuino dampnatum.
sed tamen prophetiam habebat. Nec illa
iterum patrum adiunctur hu-
ic sententie: que in euuangelio
scripta sunt. multos dictu-
ros in illa die. Domine domine
in tuo nomine prophetauimus:
et in tuo nomine uirtutes
multas fecimus. Quibus tamen
dicturus est: non noui uos. Dis-
cedite a me operarii iniquita-
tis. Alioquin autem exemplum hu-
ius saul nuntiorumque eius:
in hac sententia figuratur. non
nullos hereticos qui aliquid
boni de muneribus sancti spiritus habent:
sicut testamenta legis et euuan-
gelii. sicut baptismi sacramentum.
Qui cum ad ecclesiam catholicam
ueniunt: non est in eis nullo
modo uiolandum. aut quasi
non habeant tradendum.
sed tamen eos non ideo debere salutem
confitemur: quia non improbamus
quod illos accepisse concedimus.
Sed oportet eos cognoscere uni-
tatis societatem uinculo cari-
tatis. sine quo omnino quic-
quid habere potuerint:
quamuis sanctum atque uenerun-
dum. ipsi tamen nichil sunt. Et tanto
indigniores effecti primo in-
terimuntur: quanto illis donis non
bene usi sunt: quamuis in hac
uita que transitoria est acce-
perunt. Item exemplum atque
imago huius saul nuntiorumque

eiuſ. in hoc loco uictorum non incongrue geſtat perſonam tũſ. Qui dum ad uſcendum cupiunt Chriſto: hunt in ore ſacramenta legis et prophetarum: ad teſtimonium Chriſti. Et cum eccleſiam quaſi de ſcripturis cum prophetis diſputant: ſic mi cum prophetis uaticinabantur. Cap. xv.

Surrexit itaque dauid irenum: et fugit in die illa a facie ſaul et uenit que ad ſacerdotem abimelech. A quo et gladium golie ſuſtulit. et panes propoſitionis accepit. Que res et ſacerdoti mortem attulit: et ad animaduerſationem religioſe intellig.

Conuentum hic itaque geſtorum conſtat eſt: ſed quantum ad ſacramentum prophetie pertinet in Chriſto domino noſtro impletum eſt. Qui poſitus in carne. dum inſectationem inclinaret iudeorum: ad apoſtolos tranſiit. Cum quibus et deſiderantium eſt cibum ſumere: deſiderio enim deſiderabat paſcha manducare. Et ex quibus golie. i. diaboli arma ſuſtulit. fortis enim ſpolia ipſe deripuit. His ergo a quibus receptus eſt Chriſtus. tribulationes indixit diabolus et mortem. Omnes enim ut ait apoſtolus qui in Chriſto pie uolunt uiuere: perſecutionem paciuntur. Et dominus ait. Si me perſecuti ſunt: et uos perſequentur. In doech autem idumeo. Iude proditoris perſona conſiſtit. per quem iſta operatus eſt zabulus. ut eius proditione facta in Chriſto: poſtea perſecutionem eccleſia pateretur. et occiderentur. quam plurimi diſcipuli Chriſti et ſacerdotes. et pro nomine eius perſecutiones grauiſſimas perferrent.

Interea dauid cum Cap. xvi. fugeret ſaul: latere uoluit apud regem quendam geth. nomine achis. Sed cum gloria eius fuiſſet commemorata: ne primore idem rex ad quem

confugeret aliquid in eum
machinaret; finx̄ inſaniā.
et quaſi furore correptus mu
tauit os ſuum. et defluebantq;
ſaliue in barbam eius con
labebant̄ in manib;. ⁊ pcede
bant ad hoſtium porte. Et di
xit achis rex. Quid huc in
ad duxiſtis iſtum? Numqd
deerant nob furioſi? Et sic eum
Achis increpat̄. Dimiſit.
Agnomodo ē. P quem sig
nificatur ignorantia ⁊ imbu
inuitas. et nō agnoscentes.
Quod in gente iudeor imple
tum ē; qui dum uidēr x̄. nō
agnouerunt. Coram quib
mutauit os ſuum et abijt.
Erant enim p̄cepta legis car
nalia. Erat sacrificium secdm
ordinem aaron. Et poſtea de
corpore et ſanguine suo inſ
tituit sacrificium ſcdm ordinē
melchiſedech. Mutauit ergo
os ſuum in sacdotio. mutauit
in p̄ceptis. Dauid aliud sacmē
tum. Et euacuata carnali
operatione; ammonet d̄ns ⁊
dic̄. Nolite tangere xpiſtos
meos. Reges ḡ in gente iſrl
x̄ appellebant̄. h̄ enim nomē
erat in regib. quod a saul ce
pit. cui dauid ſucceſſit in reg
num. atq; inde ceti reges iſrl
continuatione sacte conſue
tudinis ungebant̄. Qua
unctione ſignificabatur unus
uerus x̄. cui dictum eſt. Vnx̄
te d̄s deus tuus oleo exulta
tionis p̄ participib tuis. Et p
cedebat ad hoſtium porte. i.
humiliabat ſe. hic enim p
cedit usq; ad hoſtium fidei
nr̄e. Hoſtium enim porte. ini
tium ē fidei. Inde incipit eccla.
et puenit usq; ad ſpeciem. ut
cum credit ea q non uidet. me
reatur pfrui. cum eum uiderit
facie ad faciem cepit. Quod
u in illo quaſi furore decurre
bant ſup barbam eius; apls
hi aperuit dicens. Iudei ſigna

petunt: et greci sapientiam querunt. Nos autem predicamus Christum crucifixum. iudeis quidem scandalum: gentibus autem stultitiam. Ipsis vero vocatis iudeis et grecis: Christum dei virtutem et dei sapientiam. Quia quod stultum est dei: manifestius est hominibus. Et quod infirmum est dei: fortius est hominibus. Non numquam saliue offendat: sed adtende quia super barbam deciduut. Quomodo enim in saliuis infirmitas: sic in barba virtus ostenditur. Unde exprimit ergo virtutem suam: corpore infirmitatis sue; et quod forinsecus infirmabatur: tamquam in saliua apparebat. Intus autem diuina virtus: tamquam barba tegebatur. Quid enim de eius. pessimo rege saul. qui quia per inobedientiam in deum peccauit: in quo et spiritus domini malus insiliebat. vij

Dehinc in deserto engaddi cum persequentibus dauid appeteret: ingressus est dauid in speluncam: et ibi latebat. Sed rex improuisus insidijs: quod in nociuo moriebatur incideret. Scriptum est enim. Qui fodit foueam proximo suo: incidet in eam.

David autem pro malis bona retribuens: inimicum non occidit. Sed pro testimonio suo facti: oram clamidis regie abstulit; tantum faciens certum exceptum: in insidijs ad aduersarium parcere magis. quam fallere.

Quid ergo est quod iste fugiens a facie saul. in spelunca latuit? Quare autem latuit. nisi ut occultaretur: Quid est contegi spelunca est: nisi contegi terra: Qui enim fugit in speluncam: terra tegitur ne videatur. Portabat autem terram ihesus. carnem quam acceperat de terra. et ea se occultabat. ne a iudeis inveniretur deus. Si enim cognouissent: numquam eum dominum glorie crucifixissent. Quare ergo dominum glorie. non inuenerunt: quia spelunca se texerat. id est carnis infirmitatem oculis obiciebat. maiestatem diuinitatis in corporis

tegimine: tamq̃m in ſpelunce
abdito contegebat. Illi g͛ nõ
cognoſcentes dñm: pſecuti ſũt
hominem. Nec mori poterat
n͛ in homine: nec crucifigi po
terat n͛ in hoĩe. Opposuit g͛ ma
le querentib; tũam: ſeruauit
bene querentib; uitam. Fugit
g͛ ſcdm carnem. a facie ſaul i
ſpeluncam: quia paſſus ẽ.
uſq; ad̃o ſe occultans iudeis.
ut moreret̃. S; quare uſq; ad
mortẽ. uoluit ẽẽ paciens ut
fugeret a facie ſaul in ſpelũca:
Et enim ſpelunca: in feriori parte
terre. po͞t accipi. Sicut certe quod
manifeſtum et notum ẽ om
nib;: corp9 eius in monumẽ
to poſitum ẽ. quod erat exci
ſum in petr̃. Hoc g͛ monumẽ
tum ſpelunca erat: illuc fug͛
nit dauid a facie ſaul. uadui
enim. pſecuti ſunt illum iu
dei: quo ad uſq; poneretur i
ſpelunca. S; quid ẽ quod ſa
ul pſecutor. ad purgandũ

uenientem in ſpeluncam in
greditur; id ẽ quia iudei. in x͛
conceptam mentis maliciã.
quaſi odorẽ fetidum cuuſeru
erunt; et cogitata ap̃ ſe noxia. fac
tis exterioribus. dum x͛ puniũt.
oſtenderunt: S; tñ dauid ſau
lem occidere noluit; et cum in
abdito occultatus. ant̃ haberet
in poteſtatẽ: ſeruare pocius. qu
am occidẽ maluit. Ita et x͛. dũ
eẽt in ſpelunca carnis. pſecu
torem pplm in poteſtate habu
it: ſ; nõ occidit. Scriptum eñ
erat: de eis p pph̃am. Ne occide
ris eos tantum demq; dauid.
ſummitatem clamidis eius.
ſilent̃ abſcidit; ut oſtenderet
pph̃ia xp̃m. iudeos nõ occidi
ſſe. ſ; eis tantum regni gl̃am
abſtuliſſe: ſicq; eos p9 pſecutio
nem ſuam nocuos ſede. uel
impio reliquiſſe. Clamidis
enim abſciſio: regni ẽ ampu
tatio; Hoc enim alio loco idem
ſaul cum p inobedientiam

peccasse ostenditur. Nam cum veniam precaretur, rogaretque Samuelem ut reverteretur cum illo ad placandum dominum, et noluisset, atque conversus faciem suam abiret: tenuit Saul pinnulam vestimenti eius, et disrupit eam. Et dixit ad eum Samuel: Disrupit dominus regnum Israel de manu tua hodie, et dabit illud proximo tuo. Et dividetur Israel in duo. Personam ergo Israel figurate gerebat rex iste, qui populus amissurus erat regnum suum dum persequitur Christum. Qui vero amisit regnum, dum persequitur innocentem.

xv iiij

Quod et sequentium iterum demonstratum est. Quando idem David fugiens a facie Saul ingressus est in castra regis, dum dormientem offendisset, non percussit, non occidit, sed solam lanceam que erat ad caput eius et lenticulam sustulit. Dormientibusque cunctis egressus est e castris, transivit in cacumen montis.

Quid ergo est hoc? Persequebantur quamquam Christum iudei, persequendo dormiebant, quia non vigilabant corde. Dormitio enim cordis oblivio est. Obdormiunt in vitam veterem, non evigilant in novam. Venit Christus, non eos occidit, sed tulit ab eis scyphum aque, id est gratiam regni, tulit et sceptrum regale, et regni scilicet potestatem, quam pro magno habebant, et unde se protegebant tempore altero, et quam ad usus eum percutiendum gerebant. Deinde egressus victor David noster de castris eorum, regressus transcendit altitudinem montis celorum.

Cxviiij.

Interea fugiens David, dum pergeret cum Achis rege philistinorum in prelium adversus Israel, invaserunt Amale

chite. inuenerunt in sichelech:
et succendentes captiuauerunt
omnia que erant dauid: et
pueri eius. Reuersus ergo dauid
ad persequendos amalechitas:
inuenit egiptium puerum la-
nguescentem. quem amalechite
egrotum in uia in itinere
reliquerant. Hunc autem dauid in-
uentum cibo refecit: ducemque sui
itineris facit. Sicque amalechi-
tarum persequitur epulantesque re-
perit: et funditus extingu-
it. Quid est enim quod egiptius ama-
lechite puer in itinere lassatur. nisi quod
amator presentis seculi peccati sui
nigredine coopertus. sepe ab
eodem seculo infirmus despectus-
que relinquitur ut cum eo
nequaquam currere ualeat.
sed fractus ad usitate torpescat.
Sed hunc dauid inuenit: quia
redemptor noster uere uocatur manu
fortis. non nunquam despectos a
mundi gloria reperit: in suo
amore conuertit. Cibo pascit:
quia uerbi scientia reficit. Du-
cem itineris eligit: quia suum
etiam predicatorem facit. Et quia
amalechitas sequi non ualu-
it: dux dauid efficitur. Quia
is qui indignum mundum
deseruit: non solum conuersus
in sua mente dominum recipit:
sed predicando hunc etiam usque ad
aliena corda perducit. Quo nimi-
rum duce dauid amalechitas
conuiuantes inuenit: et exti-
nguit. quia ipsis christus predicantibus
mundi leticiam destruit: quos
mundus comites habere despexit.

Post mortem autem LX.
samuelis congregantur simul
omnes philisthiim contra israel:
consuluitque ad dominum. et
non respondit ei. Quesiuit
autem saul phitonissam: que
suscitaret illi samuelem. Statimque
suscitatus ait ad eum. Quare
inquietasti me. ut suscitarer:
et cetera. Queritur
secundum historiam utrum phito-
nissa ipsum prophetam de inferno

euocauerit: an aliquam ima-
ginariam illusionem fallacia
demonum factam. De qua qu-
estione beate memorie augusti-
nus episcopus simpliciano medio-
lanensi episcopo ita scripsit. Queris
utrum inquam potuerit malig-
nus spiritus excitare animam iusti et
tanquam de abditis mortuorum
euocare. ita ut uideretur et lo-
queretur cum saul. Nonne
magis mirandum sit: quod
sathanas ipsum dominum as-
sumpsit. et constituit eum super
pinnaculum templi. Quo-
libet enim modo fecerit: factum
est illud. ut samuel excitaretur.
Similiter latet. nisi forte quis di-
xerit. faciliorem diabolo fu-
isse licentiam. ad dominum ui-
uum ubi uoluit adsumendum.
et ubi uoluit constituendum:
quam ad samuelis defuncti spiritum.
a suis sedibus excitandum. Quod
si illud in euangelio nos
ideo non conturbat: quia do-
minus uoluit atque permisit:
nulla diminutione sue potes-
tatis et diuinitatis sic id fieri.
sicut ab ipsis iudeis quanquam
peruersis atque inmundis et facta
diaboli facientibus. et uinciri et
illudi. et crucifigi. atque interfici
passus est: non est absurdum cre-
dere. et ex aliqua dispensatione
diuine uoluntatis permissum
fuisse. ut non inuitus. nec domi-
nante magica potentia. sed uo-
lens atque obtemperans occulte
dispensationi dei. que phitoni-
ssam illam et saulem latebat
spiritus prophete se ostendi aspectibus re-
gis. diuina eum sententia percu-
ssurus. Quamquam in hoc facto potest
esse alius facilior intellectus: ut
non uere spiritum samuelis excita-
tum a requie sua excitatum: sed
aliquod fantasma et imagi-
nariam illusionem diaboli ma-
chinationibus factam. Quam prop-
terea scriptura nomine samue-
lis appellat: quia solent ima-

gines earum rerum nominibus
appellari: quarum imagines
sunt. Sicut omnia que pingun-
tur atque finguntur earum re-
rum quarum imagines sunt
in hominibus appellantur. sicut
hominis pictura cum fingitur.
Proprium quoque nomen in singulis
adhibeatur ac dicatur. Ille cice-
ro est. Ille salustius. Ille achilles.
Ille hector. Hoc flumen simoys.
Illa roma. cum aliud nichil sint
quam picte imagines. Unde che-
rubim cum sint celestes uirtu-
tes. facte tamen ex metallo quod
imperauit deus super archam tes-
tamenti: magne rei significati-
one gratia non aliud quam cherubim
illa quoque figmenta uocata sunt.
Item. Dum quisque uidet somnium.
non dicit. uidi imaginem augus-
tini: sed uidi augustinum. Cum
eo tempore quod aliquid tale
aliquis uidit: ignoraret hoc
augustinus. usque adeo mani-
festum est non ipsos homines: sed

imagines eorum uideri. Et pha-
rao spicas se dixit uidisse in somnis
et boues. non spicarum aut boum
imagines. Si ergo liquido constat
nominibus earum rerum quarum ima-
gines sunt. easdem imagines
appellari: non mirum est quod scr-
iptura dicit samuelem uisum: et
si forte imago samuelis apparuit.
satanica machinatione eius qui trans-
figurat se uelud angelum lu-
cis. et ministros suos subornat:
uelud ministros iusticie. Iam
uero si illud inquid mouet. quo-
modo a maligno spiritu sauli ue-
ra predicta sunt: potest et illud mi-
rum uideri quomodo demones ag-
nouerint christum: quem iudei non
agnoscebant. Cum enim uult
deus et infimos infernosque spiritus
aliquem uera cognoscere tem-
poralia dumtaxat que ad istam
mortalitatem pertinentia facile
est et non incongruum: ut om-
nipotens et iustus ad eorum penam
quibus ista predicantur: ut ma-

uum quod eis innotuit. antequam
ueniat prenoscendo patiuntur. Oc-
culto apparatu misteriorum suorum.
cum spiritibus talibus aliquid diuinatio-
nis impertiat. et quod audiunt ab
angelis prenuntient hominibus.
Tantum autem audiunt: quantum
omnium dominus atque moderator: uel
iubet uel sinit. Unde et spiritus phitonis in
actibus apostolorum attestatur paulo ap-
ostolo: et euuangelista esse conatur.
Miscent tamen isti fallacia: sed ue-
rum quod nosse potuerint. non
docendi magis quam decipiendi
fine prenuntiant. Et forte. hoc est quod
cum illa imago samuelis sau-
lem predicaret moriturum: dixit
etiam secum futurum. quod utique fal-
sum est. Magno quippe interuallo
post mortem separari bonos a ma-
lis. in euangelio legimus. cum
inter superbum illum diuitem cui
iam apud inferos tormenta pa-
tiebatur: et illum qui ad eius ia-
nuam ulcerosus iacebat. iam
requiem constitutum. magnum
chaos interiectum esse testatur.
Aut si propterea samuel dixit mecum
eris. ut non ad equalitatem feli-
citatis: sed ad parem conditionem
mortis referatur. quod uterque
homo fuerit: et uterque mori po-
tuerit. Jamque mortuus morte.
uiuo renuntiabat. Secundum igitur
utrumque intellectum habere
exitum. hanc lectionem. que non
sit contra fidem nisi forte prolixi-
ore. inquisitione inueniatur.
aliquid uel posse. uel non posse.
animam humanam. cum ex hac
uita migrauerit: magicis car-
minibus euocari. et uiuorum
apparere conspectibus. etiam cor-
poralia linia menta gestan-
te. non solum uideri ualere
sed agnosci. Et si potest utrum
anima. non quidem cogatur
magicis sacris: sed dignetur
ostendi occultioribus misteriis
summe legis obtemperans. Ut
si fieri non posse claruerit: aut
non utroque sensus. inhunus semper

tate tentatione ad puniatur. sed illo excluso imaginaria similitudo samuelis diabolico ritu facta intelligatur. Sed quoniam sive illud fieri possit, sive non, fallacia sathane atque imaginum simulatorum callida operatio decipientis sensibus humanis multa formis invigilat. pretenta quidem. ne inquisitionibus diligentioribus perscrutari. sed prorsus examen tale aliquid factum a maligno spiritu phitonisse illius ministerio. quamdiu nobis aliquid amplius excogitare atque explicare non datur. Hec sunt que de phitonissa et samuele scripsit beatus augustinus. XI.

Igitur exorto prelio: percusserunt philistei israel plaga magna. conveniunt in prelio saul et ionatham. Quos deinde prius david prophetia significavit deflet.

Nam quid est quod ipse david qui retribuentibus mala non reddidit. cum saul et ionatam bello occumberent: gelboe montibus maledicit dicens. Montes gelboe nec ros nec pluvia veniant super vos: neque sint agri primitiarum quia ibi abiectus est clipeus fortium clipeus saulis. quasi non esset unctus oleo. Quid montes gelboe saul moriente deliquerunt: quatinus in eis nec ros nec pluvia caderet. et ab omni eos viriditatis germine. sententie sermo sic caret. Sed quia gelboe interpretatur decursus: per saul autem unctum et mortuum: mors nostri mediatoris exprimitur. Non immerito per gelboe montes. superba iudeorum corda signantur. Que dum in huius mundi desideriis defluunt: in christo i. uncti per mortem marcuerunt. Et quia in eis unctus rex corporaliter moritur: ipsi ab omni rore gratie siccantur. De quibus

tenebricatur. Reliquie sunt ag-
primitiarum. Agri primitia-
rum esse non posse quia super
hebreorum mentes primitiuos fruc-
tus non tulerunt. quia in re-
demptoris aduentum ex par-
te maxima cum perfidia rema-
nentes. primordia fidei sequi
noluerunt. Sancta namque ecclesia in
primitiis suis multitudine
gentium fecundata. uix in
mundi fine iudeos quos
inuenerit suscipit. et extrema
colligens. eos quasi reliquias
frugum ponit. De quibus
nimirum reliquiis ysaias. Si
fuerit numerus filiorum israel quasi
arena maris. reliquie salue
fient. De his iterum dicit idem
propheta. saul et ionatan dicens.
Quomodo ceciderunt potentes
in medio pugne. ~~Qui enim~~
~~potentes in medio pugne.~~
Qui cum potentes essent. et semper
hosti preualerent. sauciati et
ilico ac uulnerati. in medio

prelio corruerunt. Hi et modo
primum christianorum gentes dicit eos.
qui repugnantibus demonibus
labuntur in seculo qui est lubricus.
Gelboe et enim montes. interpreta-
tur lubrici montes. Expli-
cit liber regum primus. In-
cipit capitula de libro regum .ii.

i Ubi ammonetur dauid ne templum construat.
ii De peccato dauid et bersabee.
iii De absalon. cisterna bethleem.
iiii Ubi dauid aquam sibi dari iubet de
v De psalmo septimo decimo.
vi De cathalogo uirorum suorum.

Post mortem itaque
saul ungitur
dauid et regnat.
Transfertque archam
testamenti in ciuitatem suam.
Qui cum uellet deo hedificare
domum. admonetur per prophetam
a domino ita. Tu non edifica-
bis michi domum. quia uir san-
guineus es. Quid est ergo quod
erga exteriora bella. laboranti
dauid interdicitur ne domus

dei. ab eo edificaretur. Templum
quippe dei nos ſumus: quo ad
ueram uitam. in cuius habita-
tione conſtruimur. Paulo at-
teſtante qui ait. Templum dei
ſanctum eſt quod eſtis uos. Sed uir ſan-
guineus templum dei edificare
prohibetur. quia qui adhuc actus
carnalibus inhiat: neceſſe eſt ut
inſtruere ſpiritualiter domum non
preſumat. Quia nequaquam
puram maculam in membro con-
ſiderat oculus. quem puluis gra-
uat: et ſuper iectas ſordes tergere
non ualet manus: que lutum
tenet. Hunc ergo primum dauid. quem
in prophetia ſignauerit: quanti
poſſum breuitate perſtringam. No-
mina quippe ipſa interpretata.
ſatis oſtendunt: quod etiam
et hi factum prefigurauerunt. ij.

Dauid ut prediximus. interpreta-
tur manu fortis: ſiue de-
ſiderabilis. Berſabee interpretatur
puteus ſacietatis: ſiue puteus
ſeptimus. Quamuis autem no-
minis huius interpretatione. in
id quod dicere intendimus
adſumamus: ſatis congruit.
Nam in cantico canticorum ſpon-
ſa illa eccleſia: uocatur puteus
aque uiue. Et huic puteo ſep-
tenarij numeri. in ſpiritus ſancti ſig-
nificatione coniungitur. propter miſ-
ſionem pentecoſtes: quo die miſ-
ſus de celo ſpiritus ſanctus uenit.
Ad quadraginta nouem autem quod
eſt ſepcies ſeptem unus additur:
quo unitas commendatur. In
hac miſſione: uenit aplica il-
la ſententia. Sufferentes in-
uicem in caritate: ſtudentes
ſeruare unitatem ſpiritus in uincu-
lo pacis. Dono itaque ſpiritus hoc
eſt ſeptenario. facta eſt eccleſia.
puteus ſacietatis: qui factus
eſt in ea. fons aque ſalientis. in
uitam eternam. Quem qui bibe-
rit: non ſitiet in eternum. Iam
uero qui fuerit maritus eius. quid
aliud quam diabolus. nomi-
nis eius interpretatione ſigni-

ficat. Huius enim p(re)ciosissimo
coniugio delegata. O nimis quos
gratia dei liberat: ut ecclesia si
ne macula et ruga. saluato
ri proprio copuletur. Una namque
interpretatur. lux mea dei. Lethe
us enim abscisus. siue quod in
ueritate non stetit: sed a luce
sua superna. quam de deo habe
bat. superbie merito abscisus
est. Siue quod cadendo ueris
luminibus patris. transfigurat se
in angelum lucis: audens ad huc
dicere. Lux mea dei est. Ergo iste
quidem ad gentium peccauit. et
scelerate: quod scelus eius etiam
per prophetiam deus arguit increpando.
et ipse abiuit penitendo. Ue
nit autem me desiderabilis om
nibus gentibus. quasi insolan
tum de ambulant: quia in sole
posuit tabernaculum suum. Ado
mauit ecclesiam super terram se
lauantem. i. mundantem se a sor
dibus scelerum. et domum litteam spirita
li contemplatione ...

dentem atque calcantem. et in
choatam cum illa primo commen
tionis nomina: postea alia peni
tus separatur diabolus occidit.
eamque in proprio conuiuio copu
lauit. O clementius quos prius: sed
prophetiam non extinguam. Ame
mus illum deo quantum ami
candus est: qui nos a diabolo
liberauit. Amemus et illum da
uid: qui cum grauiter inse ini
mis iniquitatis. penitentie
et humilitatis confessione
sanauit. Sed fortasse quis dicat.
Si deo imaginem christi gerebat:
quomodo multas uxores et
concubinas habuisse scribitur.
cum has res christus et horrescat
et damnet? Hec enim pro figura
fiebat. Multe enim uxores
dauid: multarum gentium
et nationum imaginem in
dicabant. que per fidem christi consor
tio iungerentur. Concubine
uero eius significabant hereticorum
ecclesias: que sub christiani nominis

titulo.

titulo maneret gloriantur. Sed
quia nunc carnalia lucra sec-
tantur xpistum: non coniuges
sed concubine uocantur. De-
nique nunc reges. si plures ha-
beant uxores uel concubinas:
crimen est. quia transierunt figure:
pro quibus uxorum. uel concubi-
narum uenia concedebatur.
At nunc quia transierunt fi-
gure: uenia nulla datur.
Illud uero quid significat quod iij
parricida filius absalon pa-
trem insequens. pater eius declina-
uit fugiens ante faciem eius:
securus de uictoria. quia scie-
bat impium perire. quem
et fleuit magno luctu. et de-
plorauit exitium parricide.
Scribitur enim fugisse da-
uid a facie bellantis ad-
uersum se filii. Sed quia scriptum
est de populo israel: filios enu-
triui et exaltaui: ipsi uero
spreuerunt me. Filius ergo im-
pius significatur typice

idem populus iudaicus qui
eum tradidit. Absalon autem
ut quidam interpretantur: in-
telligitur patris pax. Quod
mirum uidetur in hystoria.
quemadmodum patris pax
possit intelligi. qui patrem
bello persecutus est. Sed quid dili-
genter allegoriam intendunt:
inspiciunt esse christum. quem
ipsa pax interpretatur. Cuius
facie fugit xpistus: quando eum
paciendo deserens in gentibus
per fidem uenit. Alii absalon
iudam traditorem accipiunt.
quem tanta et ad imitanda
pacientia xpistus pertulit: tamquam
bonum. cum eius cogitatio-
nes non ignoraret: cum ad-
hibuit conuiuium in quo cor-
poris sui. et sanguinis figuram
discipulis commendauit et
tradidit. Quod enim in ipsa
traditione et osculum accep-
tum intelligitur. pacem xpistum
exhibuisse traditori suo. quamuis

illam tam ſcelerati cogita
tionis initio leue noceret. Et
ideo abſalon patris pax dicit.
quia pater habuit pacem qu
am ille non habuit. Liiii
Tem ipſe dauid in ꝑlio phi
liſtinoꝝ cum ſitiens conuerſa
retur in bello: et aquam quę
ret. quis m̃ inquid potum da
vit de laci qui eſt in bethleẽ
ad portas: Erat enim iuxta la
cum et dauid: inclusus hos
tes. et mediã hoſtium cinxerat
ſepta caſtrorum. Irruperunt.
et iii. uiri multitudinem caſ
trorum: et impleuerunt aq
uam de laci. quę erat in be
thleem: et obtulerunt regi
bibendam. Sed rex noluit bi
bere: ſed ꝑfudit illam domino
dixitque. Non contingat m
hi facere: ut ſanguinem illoꝝ
qui obierunt examinis bibã.
Nichil ergo naturam: ut ſiti
ens non bibere. et exem
plum de ſe ꝑbuit: quo omis
exemplis tolerare ſitim diſceret.
Quod ſi altius uelis exſpectare:
intro inſpicere miſterium. ſi
tiebat dauid non aquam quę
in bethleem: ſed oriundum in
eadem bethleẽ ſanguine xpi in
ſpu ꝑuidebat. Ergo nolebat
bibere non aquam fluminis:
ſed lauacrum ex latere xpi fluẽ
tem. Hęc non aquarum ſitiebat
elementum: ſed ſanguinem xpi.
Vñ et non bibit oblatam aq
uam: ſed domino fudit. Signi
ficauit ſitire ſe xpi ſacrificium:
in quo eſſet remiſſio pccõꝝ. Illũ
ſitire fontem eternum. nõ qui
periculis quereretur alienis: ſed
periculo aliena deleret. Lv.
Queritur autẽ cur ſeptimũ
decimus pſalmus in libris
regum repperiatur ſcriptus.
Nec inmerito pſalmus iſte
Qui in regnorum libris ſolus
inuenitur: quia regnum illõ
ſignificat. ũ ad ũſanum ñ
habebimus. Titulus enim eius ē:

in die qua eripuit eum dominus
de manu omnium inimicorum
eius. et de manu saul. Quis enim
figuratur in dauid: nisi ille qui
uenit secundum carnem. ex se-
mine dauid? Qui utique in cor-
pore suo quod est ecclesia adhuc pa-
titur inimicos. Unde et illi perse-
cutori quem uoce mactauit.
et in suum corpus traiciens quod-
ammodo manducauit. insonu-
it de celo. Saule saule. quid
me persequeris? Quando autem er-
uetur hoc corpus eius de manu
omnium inimicorum eius
nisi cum et illa inimica dest-
ruetur mors ut perueniatur
ad regnum dei. VII. De
hic texitur catalogus uirorum
fortium: in signum sanctorum.

Qui licet quamuis inuicti
sublimitate preficiantur: tamen
usque ad excellentiam diuine
ciuitatis nequaquam attin-
gunt. Unde est quod ibi scriptum
est: usque ad tres non peruenit

Quis enim equabitur domino. aut
quis similis erit deo. inter filios dei?

Explicit [illegible]

Incipiunt capitula de libro [illegible]

i De salomone. [illegible]
ii De templi edificatione. [illegible]
iii De sapientia salamonis.
iiii De iudicio salamonis.
v De regina austri.
vi De ceteris operibus eius.
vii De uisione decem tribuum.
viii De helia et uirtutibus eius.
ix De heliseo et uirtutibus eius.

Incipit narratio.

Succedit dehinc salo-
[illegible] illa imago rei mo i q quidem
future facta est: in eo quod tem-
plum edificauit. et pacem ha-
buit secundum nomen suum. Sa-
lomon quippe interpretatur pa-
cificus. ac per hoc tale uocabulum:
illi uerissime congruit. per quem
mediatorem ex inimicis accep-
ta remissione peccatorum: reconci-
liamur deo. Et enim cum ini-
mici essemus reconciliati sumus

deo per mortem filii eius. Item ipse est ipse pacificus. qui fecit utraque unum. et medium parietem macerie soluens inimicitias in carne sua. legem mandatorum decretis euacuans: ut duos conderet in se: in unum nouum hominem faciens pacem. ueniens euangelizauit pacem his qui longe: et pacem his qui prope. Iste in euangelio dicit. Pacem meam do uobis: pacem relinquo uobis. His et multis aliis testimoniis dominus christus pacificus esse monstratur. u

Nam id quod salomon hedificauit templum excellentissimum domino: ibi christum significauit qui edificauit domum deo in celestibus; non de lignis et lapidibus. sed de omnibus sanctis. hominibus fidelibus. quibus dicit apostolus. Templum enim dei sanctum est: quod estis uos. Quod uero eadem domus lapidibus dolatis atque perfectis hedificata est: et malleus et securis. et omne ferramentum non est auditum in templo dei cum hedificaretur. Quod enim ipsa domus illa ut predictum est: uel sancta ecclesia quam in celestibus dominus inhabitat figurabat: Ad cuius hedificationem: electorum anime quasi quidem expoliti lapides referuntur. Que cum hedificaretur in celis: nullus illuc discipline malleus resonat. quia dolati atque perfecti illuc lapides ducuntur. ut locis iuxta meritum congruis disponantur. Hinc etenim foris tunduntur: ut illuc sine reprehensione ueniamus. Altitudo autem templi huius domini ad fidem refertur. longitudo ad spem. latitudo ad caritatem. His etenim tribus uirtutibus quasi ornamentis sancte ecclesie celestibus instructa consurgit. Porro quod parietes templi interius ligno ceduntur: hoc misterium dominice crucis imaginatum est: sub cuius

tutela proteguntur: omnes
sancti qui in disrupte pacis
perseuerantiam. tamquam
lapides uiui instructum ec-
clesie unitate fidei solidantur.
Et uerum interius uestiit ligno
templum: quia corde creditur
ad iustitiam. Quod uero templi
dedicationis gloria domini imple-
uit domum: gloria domini ad-
uentus intelligitur christi. cuius
fide repletus est uniuersus mun-
dus. De qua gloria cum pro ado-
rato uitulo dominum depre-
caretur moyses. ut parceret
populo peccatori: respondit dominus.
Propitius ero illis. Veruntamen
uiuo ego et uiuit nomen
meum. quia implebitur gloria
mea omnis terra. Et septua-
gesimus primus psalmus ca-
nit. implebitur gloria eius omnis
terra. Unde et angeli clamant
pastoribus. Gloria in excelsis deo:
et in terra pax hominibus bone
uoluntatis. Quod autem nebu-

la impleuit domum dei: et
non poterant sacerdotes mi-
nistrare propter nebulam. Hec
sententia superbos iudeorum pon-
tifices ac insinuat. Qui dominice
natiuitatis christi sacramenta in-
uestigare despiciunt: debi-
tum fidei sue ministerium.
perfidie nebulam perdiderunt.
Ita enim eorum mentes infide-
litatis caligo impleuit: ut
exigentibus prauis meritis.
non agnoscant famulatum
credulitatis. Quod uero idem salo-
mon in eodem templo duode-
cim boues ereos fecit: quos
metro labrum constituit. qui
faciem quidem per diuersas pa-
rietes ad tendunt: sed in uno
loco posteriora colliguntur.
Quid enim aliud in xii. bu-
bus. quam xii. apostolos credi-
mus designari: Qui facie
quidem per diuersa respiciunt:
et ita in lauacro sunt posi-
ti. ut posterioribus adiuuentur.

quia in hac p̄senti uita ad
p̄dicationis officium. in diui-
sis mundi partibus s̄ diuisi. In
illa uero uita qui hinc uite post-
eriores s̄:· quia post c̄sūmatione
uitae. cum in eterne glorie unita-
te. conueniunt. Et diuisum g̊
mundum p̄dicando respicit.·
s; in unum p̄ueniendo constitu-
te. Ideo autem etc quia clamor
p̄dicationis eorum in toto mundo
insonuit. sicut scriptum est. In
omnem terram exiuit sonus eorum.
et in fines. et cetera. Labrum
autem orbem terre intelligimus.·
cuius ambitum lustrauerunt
apostoli. docentes gentes ut bap-
tizarentur in nomine patris et
filii et spiritus sancti. III.

Locutus est autem salomon
tria milia parabolas et
fuerunt carmina eius quinque milia.
Quid enim per tria milia para-
bolas nisi plenitudo fidei in lege
et euangeliis a xp̄o tradita
designantur.· Que dum tota
multipliciter per allegoriarum
sensus sub misterio trinitatis
disseruntur:· quasi tria milia
parabole nuncupantur, car-
mina autem eius quinque milia.·
per quinque et sensus corporis in-
telliguntur. Quos qui uni-
uersis uirtutibus bene regit.· ita
tus est. et per eos quasi quinque
milia carmina domino canit.

Disputauit etiam salomon
a cedro usque ad ysopum.
Cedri nomine celsitudo glorie
in electis accipitur. sicut et
psalmista testatur dicens. Iustus
ut palma florebit.· et sicut
cedrus que est in libano multi-
plicabitur. Hysopus autem
herba est:· saxo herens. que significatur humilitas xp̄i. Redemp-
tor quippe in cedro usque ad
hysopum disputauit:· quia
ablata excellentia glorie ce-
lestis. usque ad carnis humili-
tatem descendendo peruenit.
Siquidem et cedri nomine.

prauorum superba elatio designatur: sicut per dauid dicitur. Vox domini confringentis cedros. A cedro itaque christus usque ad hysopum disputat: quia quia ipse prauorum corda et humilium iudicat. Super ligno autem disputauit: dum in cruce pependit. Tunc enim in cedro sibi arrogantiam inclinauit. quam erexit usque ad hysopi humilitatem. id est usque ad crucis ac contemptibilem fidem deducit. IIII.

Legitur quoque idem sapientissimus primum habuisse iudicium inter duas mulieres de pietate certantes. In una dilectio ardebat: in altera simulatio subripiebat. In illo ergo iudicio salomonis: christus significatur. Nam mulier illa improba plebs scilicet sinagoge. uel hereticorum uere matris. id est ecclesie filium appetebat. quem non ut seruaret. sed necaret ut interimeret cupiebat. Sed sicut gladio salomonis diuinitate proprie. Matris gemina teste. uerus repertus est partus: ita et spiritualis ihesu christo docente. plerumque hi qui amantes seducunt et capti fuerunt: hereticorum uel sinagoge signasse impietatem. Que et suos nequeunt nutriendo interimunt: et alienos quousque perdant illiciendo persuadent.

Regina autem austri que ab uthuanis testimoniis excitata ueniens salomonis audire sapientiam concupiuit: in tunc per illam uentura de gentibus regina deuciant. christum figurabat: que iuxta prophetici organum circumamicta uarietate. in uestitu deaurato. et populi sui et patris domus oblita: cernebat barbam gente non animo. que in aspectu peregrinans: sed in occulto sanctorum fieri ciues optabat. Unde non solum celesti premio resurrec- V.

tionis lavacro: sed et potestatem apostolica de iudiciis adulteriis iudicandis. ipsius ore iudicis digna censetur: quia Christum in Salomone minime: verum regine celestis affectum. mistica ecclesie prudentia impleverat.

Iam vero de ceteris operibus vi Salomonis quid dicam. que vehementer arguit sancta scriptura. atque condempnat: Nichil que de penitentia eius vel in eum indulgentia dei omnino commemorat: nec presus occurrit. quid saltim in allegoria bonum significat. Hec eius flenda submersio. Nisi forte quis dicat mulieres alienigenas quarum amore exarserat: significare ecclesias electas ex gentibus. Posset hoc fortasse non absurde intellegi: si ille propter Salomonem desererent deos suos et colerent deum eius. Cum vero ipse propter ipsas offendit deum suum et coluit deos suos et colerent deum eius. Cum vero ipse propter ipsas offendit deum suum et coluit deos earum. Non hoc quid in eo bonum coniectari possit. nec tamen nichil arbitror significare. sed malum. sicut de uxore filiabusque Loth diximus. Apparet enim in persona huius Salomonis mira excellentia. et mira subversio. Quod igitur in illo temporibus diversis extitit. prius bonum et posterius malum: hoc in ecclesia isto adhuc seculo simul uno tempore ostenditur. Nam bono illius bonos ecclesie: malo autem illius malos ecclesie significatos puto. Tamquam in unitate illius aree. sicut in illo uno homine bonos in granis. malos in paleis. aut in unitate unius segetis bonos in tritico: malos in zizaniis. vii.

Illud vero quod post mortem Salomonis decem tribus de templo separate sunt et due remanserunt: satis indicat. quod decem ta

ipsa gente apostolus ait. Reliquie pro electione gratie salue facte sunt. Quod autem figurauerunt magni illi et insignes prophete qui et mirabilia multa fecerunt. Helias et heliseus discipulus eius. Pascitur enim helias tempore famis coruis mane afferentibus panem. et ad uesperum carnes. ut intelligantur illi christum. cui quidam nostri salutem nostram esurienti confitentur. priores fidem principia spiritus nunc habentem. In finem autem uelud ad uesperam seculi. et carnis resurrectionem. Mittitur helias pascendus ad alienigenam uiduam que uolebat duo ligna colligere. priusquam moreretur. Non hic solo ligno. sed et numero lignorum signum crucis exprimitur. Ubi dicitur. farina eius et oleum. fructus et hylaritas caritatis. Que cum impenditur non deficit. Hylarem enim datorem diligit deus. Vidua autem ista ut opinor ecclesia significatur. quam christus non inueniens. sed ibi pane pascebat. De qua dicit dauid. Viduam eius benedicens benedicam. Illam scilicet uiduam: quam apostolus ait. Mortuo uiro: quo uolet nubat liberam. Quia defuncte lege cui nupta est, christo: ad gratie libertatem transitum faciens ecclesia. christum quasi uidua nubsit. Huius nunc uiua sit oleum gratie et benedictionis farina non deficit: in omnibus fere gentibus fame manente. Que uite esuries et fidei trinitatis media congrue prefigurantur illa quondam triennis fames. Quod uero per heliam tempore siccitatis nubis illa apparuit: et postea future pluuie signum. in uestigio hominis ad terram nube de celo descenderet: qui indeficiente animas irrigaret.

Explicit liber iii. Regum. Incipiunt capitula libri iiii. Regum.

i De duobus quinquagenariis
cum militibus suis igne combustis.
ii De heliseo qui aquas iericontinas ste-
riles et malignas sanavit.
iii De parvulis ab eo maledictis:
et ab ursis devoratis.
iiii Ut pferrum suum vacillum mit-
tit. et mortuus non revivescit.
v De ferro aliguo excidenti in pro-
fundum. et quod nunc adduci animi.
vi De egritudine ezechie regis.
vii De divitiis eius caldeis morbo iac-
tanti ostensas.
viii De transmigratione scelis na-
buchodonosor facta in babilo ne.

Mittit rex impi us duos quinquagenari os cum subditis sibi mi litibus suis. ut exire ant heliam qui divino ig ne consumpti sunt. Tercius autem missus salvatur. Quin quagenarius autem numerus confessio penitentie est quo declaratur remissio peccatorum. Iudei ergo volentes christum esse presentium: nec principium peni tentie. dicunt ad eum. Qu inquaginta annos non dum habes: et habraam vidisti: hi futuro ignis incendio ex tinguuntur. Tercius autem quinquagenarius. quia conversus ad fidem trinita tis: penitentie sacramenta cog novit. indulgentiam meruit.

Queritur autem cur helias vir sanctus super quinquagenarios male dictionis sententiam sic intulit: ut per dum scriptum sit. Benedicite et nolite maledi cere. Sanctus igitur helias nequa quam se indignante male dixit. sed quod in divina predesti natione cognoverat: prophetan do predixit. Iudei cum dis pensatione dei eunt ita pi re. et quinquagenarios ad helie vocem. id est sinonem ad peccati sententiam. unde non in tonuit voto sancti maledi-

cant: sed locuntur quod in
dei uoluntate esse nouerunt. v

Postulatur heliseus a prophetis
ut aquas iherico steri
les et malignas sanaret. Ac
cepitque uas uite fictile. et ad
iecit in eo sal: et diuersit il
lud in flumine. et statim aque
sanate sunt. Quo facto prenun
ciabat propheta quod uerbum
caro fieret et habitaret in nobis.
Inde similitudines uel salem
id est sapientiam dedit. in uas
fictile. in corpus scilicet huma
num. in mittens in aquam
dimisit. Id quidem signi
ficabat. quia omnes populi qui
sub figura aquarum in toto
mundo steriles erant per christum
in sanatione fecunditatem
et benedictionem acceptum est
serunt. vi

Ipse quoque heliseus propheta
figuram christi gessit. Denique
uocabulum ipsum salus
dei interpretatur. Salus autem
dei quid est aliud nisi filius eius.
qui et saluator ubique uocatur.

Parvuli uero illi illude
bant salutem dei. id est heliseo.
in dominum habuerit personam.
qui ad crucem domino salua
tori illudebant. Quod autem
dicunt ascende calue ascende:
quia in caluarie loco christus
ascensurus erat in crucem.

Quod uero conuersus maledixit
eos heliseus. et uenerunt
duo ursi de silua et interfece
runt quadraginta duos pue
ros blasphemantes: iam et christus
post passionem suam et resurrec
tionem ex mortuis: postea qu
am ascendit in celum. sicut
heliseus ascendit in bethlehem
id est in domum dei: conuersus
maledixit iudeis. et quadra
gesimo secundo anno ascensionis
sue: immisit duos ursos de
siluis gentium. uespasianum
scilicet et titum. eosque crudeli stra
ge deiecerunt. vii.

Mittit heliſeus per ſeruum
baculum ſuum ſuper mor-
tuum et non reuixit. Venit
ipſe coniungit et captat ſe
morti eius: et reuiuiſcit. Qui
ſic ſermo dei legem per ſeruum
ſuum: nec profuit in peccatis
generi humano mortuo.
Venit ipſe deſcendens de ce-
lorum ſublimitate: quaſi
de montis altitudine humi-
liauit ſemetipſum. Conforma-
uit ſe nobis mortuiſque membris
ſua membra compoſuit. Quia-
que mortalitati de ſuo corpore
medicinam aptauit. Deinde
ſuper mortuum ſepties oſcita-
uit: et ſeptiformem ſpiritum hu-
mano generi dat. per quem
uiuificatus a morte peccato-
rum reſurgat. v.

Cum ſecuribus ligna ce-
derentur: de ligno ferrum
exiliens. in profundum flumi-
nis merſum eſt. atque in lignum
deſuper ab heliſeo proiectum
reuerſum eſt. Ita quum
impios iudeos per corpus
opera preſentia christi tamquam in
fructuoſas arbores cederent
ferrum exiuit. id est christus quia
de illo iohannes dixerat. Ecce
ſecuris ad radicem arboris
poſita eſt. ab eis intueniente
paſſione corpus illud deſe-
ruit. in inferni profunda
deſcendens. Quod in ſepul-
cura depoſitum: tamquam
ad manubrium ſpiritu redeunte
ſurrexit. vi

Recumbente in lectulo
regi ezechia: grauique
egritudine laborante ex perſo-
na domini eſaias propheta aduenit
eum. predicens illi quod
moreretur. Ille autem exora-
ns dominum: in ipſo preſtituto
tempore mortis. confeſtim
dominus uocem eius audiuit:
et quindecim annos uite
deprecantis extendit. Qui
numerus quindecim annorum

quid sacramenti contineat
misterium referendum est.
Nam ut apostolus ait: secundum quod
operatus fuerit. ita recipiet.
Ideoque iste rex quia decalogi
legis cum quinque libris moi-
si integram conversatione con-
pleverat: ideo quindecim an-
nos secundum legis numerum
quem custodierat ad vitam
auctos accepit. Per quod figu-
raliter scimus. quia quicum-
que per numeri istius legis to-
cius plenitudinem custodierit:
eterne salutis premium consequitur.
ac per legis consummationem ad
vite eterne plenitudinem tran-
seunt. Cui quidem regi per sig-
no conferende salutis: decem
gradus domus sue ex quibus
umbra descendere consueverat.
sol retrorsum ad ortum suum
ascendentis regressus scribitur.
Qui numerus quid misterii
habeat videamus. Nam gradus
iste temporum ordines sunt:

per quos umbra figurarum
descendit per quos iterum
sol iustitie. xpistus post resurrec-
tionem ascendit. Primus
itaque gradus descensionis de-
cem in angelo fuit. qui mag-
ni consilii nuntius erat. De-
nique et iacob se alloquitur.
Et dixit inquid angelus dei. Ego
sum deus cui unxisti titulum.
et vovisti votum. et angelum
et dominum ostendit. Secundus gra-
dus descensionis de angelo in
patriarchis fuit. quia in om-
nibus ut ait apostolus ipse est operatus.
Tercius in legis datione. quia
et in lege ipse locutus est. Quartus
dicitur gradus in ihesu naue: ut
populum in terram repromissionis in-
duceret. Quintus in iudices:
quia eundem populum per eos iu-
dicabat et regebat. Sextus
in regibus iudeorum: quia in eis
ipse regnabat. Septimus
in prophetis: quia per eos est nuntia-
tus. Octavus in pontificibus:

quia ipse summus sacerdos
ē patris. Bonus in homine.
Uetimus in passione. Per hos
enim decem gradus quasi per
umbrā legis prisce x̄ descen
dit: ac post resurrectionem x̄
sol iusticie per eosdē gradus
rursum ascendit in celum.
et omnem illam umbram
legis ueritatis radiis illus
trauit. Ovum reuelans:
clausa reserans. et omnia
tecta denudans. vii.

Quod ezechias rex diui
tias suas caldeis iactan
tie elatione pdidit: et pstea
perituras per prophetam audiuit:
significat dei seruū. qui cū
uirtutes suas uane glorie stu
dio pdiderit: mox eas perire.
et demones opum suorum dños
facere. sicut ille post temptatio
nis appetitum thesauros suos
eē fecit sub dominio caldeorum.

Iam ipsa in babilone viii.
transmigratio. quod et ipsi
dei per iheremiam prophetam iubet.
ut pgarent et orent pro eis ipsi.
in quorum regno peregrinarent.
Quod in eorum pacem. et pax
esset iustorum. et edificarent domos.
et nouellarent uineas. et pla
tarent ortos. Quis non agnos
cat quid ipse significauerit.
quid ad tenderit ueros israhe
litas in quibus dolus non est per
apostolicam dispensationem cum eis
euuangelico sacramento ad reg
num gentium transisse.
Unde nobis apostolus. tamquam iheremiam replicans dicit. Volo
ergo primum omnium fieri. depre
cationes. orationes. interpella
tiones. gratiarum actiones. pro
omnibus hominibus. pro regibus;
et his qui in sublimitate su
nt: ut quietam et tranquil
lam uitam agamus. in omni
pietate et castitate. Hoc enim bo
num et acceptum est: coram sal
uatore meo deo: qui omnes ho
mines uult saluos fieri. et

ad agnitionem ueritatis ueni
ne. Et hoc quippe ē illis circē
tibus: constituta ē conciliat
pacis basilice xpianorum cong
gationum. Et nouellare uinee
ppli fidelium. et plantari oleti.
ii ē uit oia oleta. granum il
lud sinapis regnat. sub cuius
umbraculis longe lateq; por
rectis ē altipetax superbia genti
um. tamquam in uolatilibus
celi confugiendo requiescit.

Explicit liber regū iiii.us

Incipiunt capitule. de lib. esdre.

i De septuaginta annis capti
ii uitatis et ihu sacerdote. | tatis.
iii De uasis dn̄i in babilone depor
iiii De eo quod rex babilonius dia
boli tipum gerebat.
v De reditu ppli in iherusalem.

Nam quod etiam
post septuaginta anno
s; de eiusdem iheremie
pphia reditus ex cap
tiuitate et templum renouat
qui fidelis x non intelligat p
euoluta tempora que septen
narii dierum numeri repetio
ne transcurrunt. et nob. i. eccla
dei ad illam celestem ihrlm ex
acius seculi peregrinationem
transcendendum? P quem n
per ihm x uere sacerdotem mag
num. cuius figura gerebat ille
ihu sacerdos magnus illius tem
poris. qui et templum edifica
uit p captiuitatem. Quem ppha
zacharias uidit in sordido ha
bitu deuictoq; diabolo. qui ad
eius accusationem stabat. abla
tum illi sordidam uestem. et da
tum in diuinitatem hominis
ac glie sic corpus ihu x quod
ē eccla. Ad usario in fine tempm
puictum supata. peregrinatio
nis uigilia sempiterne salutis
ad sumitur. Quod ē in psal
mo dedicationis domus aptissi
me canitur. Conscidisti saccum meum et
precinxisti me leticia ut cantet tibi
gloria mea non con pungar
gar.

Iheronimus in annalibus ebreorum. De xv. ſignis diei iudicij p[er] ...

Primo die exaltabuntur maria omnia in altum xv. cubitis ſupra montes excelſos orbis terrarum non affluentia. ſed ſicut muri undique ſtantia. Secundo die. deicientur in imum profundi. ita ut vix queant humanis uiſibus conſpici. Tercio die redigentur in antiquum ſtatum qualiter ab exordio creata fuerunt. Quarto die convenient omnes belue et omnia quecunque moventur in aquis marinis congregabuntur. et levabuntur ſuper pelagus more contentionis. rugientia et mugientia.

Hec ſunt .iiij. ſigna pelagi. Quinto die concionabuntur in campis omnia volatilia celi. unumquodque genus in ordine ſuo invicem mutuantes. et plorantes. et non guſtantes. neque bibentes. ſed adventum iudicis timentes. Sexto die. ſurgent ignea flumina [ab occa]ſu ſolis contra faciem firmamenti. uſque ad ortum concurrentia. Septimo die. ſpargent ex ſe errantia ſidera et ſtationaria flammas igneas. qualiter in comete et in ſole. Signum orbis cum ſuis habitatoribus.

Octavo die. erit terremotus magnus. ita ut nullus hominum ſtare poſſit. nec aliud aliquod animal. ſed ſolo ſternentur omnia. Nono die. ſcindentur omnes lapides. tam magni quam parvi. in quattuor partes. una queque pars alteram collidet. Decimo die. fluent omnia ligna ſilvarum et holera erbarum ſanguineo rore. Undecimo die. redigentur omnes montes. et colles. et edificia. in pulverem. Duodecimo die. venient omnia animalia de ſilvis et montibus ad campos. rugientia. non guſtantia.

gustantia. nec bibentia. Tercio decimo die: parebunt omnia sepulcra a ortu solis usque ad occasum: surgent cadavera usque ad ora sepulcrorum. Quarto decimo die: exibunt homines de habitaculis suis in quibus erunt non loquentes sed currentes ut amentes. Quinto decimo die: morientur omnes homines ut resurgant cum mortuis longe ante defunctis.

Finis de dies magni iudicii.

Lectio libri sapientie.

Mulierem fortem quis inveniet.

Mulier fortis ecclesia catholica vocatur: quam iohannes in apocalipsim amictam sole .i. christo vidisse perhibetur. Que spiritales cotidie filios ex aqua et spiritu sancto generare non cessat. Que ideo fortis vocatur: quia cuncta seculi adversa simul et prosperitatem pro dilectione sui fidei contempnit.

Quam ipse in carne apparens infirmam invenit: sed visitatione sua fortem reddidit. Videns ergo salomon genus humanum multis implicatum erroribus: ait. Mulierem fortem quis inveniet: ac si diceret. Quis patriarcha aut propheta. vel quis doctor. aut tante virtutis. vel meriti esse potest in credulis qui de tot mundi nationibus unam sibi electorum ecclesiam congreget. quam sua gratia fortem et insuper ad omnem adversantibus cunctis efficiet: Sub intelligitur. nullus nisi christus. Procul. Procul: pro statu posuit temporis. i. a diebus salomonis: usque ad partum virginis. Et de ultimis finibus: pretium eius. De ultimis finibus dicit: quia a summo celo egressio eius. qui semet ipsum pretium redemptionis pro salute nostra obtulit patri. Unde apostolus ait. Qui dilexit nos et tradidit semet

ipſum pro nob. Aliter. Precium
ſce eccle. procul poſitum ē. quia
incarnatio uerbi dei. et conuerſa
tio eius inter homines. et paſſio.
et reſurrectio eius. longe ē a nra
condicione diſcreta. Confidit
in ea cor uiri ſui. Virum ſancte
eccle. qui et ſponſum eius fieri
dignatus ē. dominum dic. Sic
enim is qui forte fidelemque et
caſtam ht coniugem. confidit
in ea quia nichil contra ſuam
uoluntatem adulterina ſaltem
cogitatione poſſit attemptari. ſed
quoſcumque ualet aſſidua ami
citia ad ſinum uirum conuertere
deſiderat. ſic redemptor nr in
conuicta confidit eccla. No
uit enim ſpm gre et unitatem
caritatis. quam eius pcordijs
infudit. ideo nō dubitat eam
non ſolum a ſue fidei integri
tate poſſe corrumpi. ſed perſeueranter
inſiſtere. ut plurimos ad eius fidi
congreget unitatē. Et ſpolijs
non indigebit. Spoliat enim

diabolum eccla. quando pdi
catores ſuos eos quos ipſe de
ceperat ad ueritatis iter reuocat.
et nunquam diabolica fraude decep
tas liberare animas ceſſat. donec
completo mundi curſu. ſuorum p
finitum compleatur ſumma mē
brorum. Reddet ei bonum et
non malum. Reddit quippe
eccla ſiue una queque anima
xpo bonum. cū pceptis ab eo
uite muneribus. recte uiuendo re
pendet. cum ea que ipſa ſeruit
ut facere ab illo adiuta potuit.
etiam alijs intimare ſatag.
Et econtrario ſunt qui acceptis
a domino bonis mala repē
dunt. id eſt ut fidei miſteria
que pceperunt heretica fece
fedando. uel fidem quam pro
feſſione ſeruant prauis opibus
blaſphemando. ut mores bo
nos prauoloquia mala corrupē
do. Omnibus diebus uite
bonorum domino. qui initi
que bn inchoat. usque ad finē

uite presentis perfectione carent. sicut simile est illud euangelicum. Seruiamus illi in sanctitate et iustitia coram ipso omnibus diebus nostris. Quesiuit lanam et linum: et operata est consilio manuum suarum. Hec secundum litteram sancta ecclesia obseruare consueuit: iuxta illud propheticum. Cum uideris nudum operi eum: et carnem tuam ne despexeris. Et cetera. Et hec non superuacue sed cum consilio operatur: ut ab ipso in die suo audiat in iudicio. Venite benedicti patris mei: percipite regnum quod uobis paratum est ab origine mundi. Quia nudus fui: et operuistis me. Et cetera. Mistice autem in lana quia ouinus est habitus: pietatis et simplicitatis que in proximis in pudicitie opera designantur. In lino uero castigatio uel mortificatio carnis nostre intimatur. Facta est quasi nauis institoris: de longe portat panem suum.

Institorem negotiatorem dicit. Qui propterea sic uocatur ab antiquis: quia in requirendis multiplicandisque mercedibus sedulus insistat. Facta est ergo anima sancta quasi nauis institoris: que transit desiderio fluctus seculi presentis. et sola que in celis accipere sperat eterna gaudia meditatur. et prius adipiscendis: quicquid ualet instanter agit: et ad uisa omnia fortiter superare contendit. De qua recte subditur. De longe portat panem suum. Quia in cunctis que temporaliter bene agit: eternam solummodo retributionem expectat. Et eius uiui panis saturitatem desiderat: qui dixit. Ego sum panis uiuus: qui de celo descendi. Et qui suis auditoribus pie promittit dicens. Venite ad me omnes qui laborati estis: et ego reficiam uos. Et de nocte surrexit deditque predam domesticis suis: et cibaria ancillis suis. Quasi enim nocte

quiescat: quum aliquis fide-
lium eius intimus a temp'
sollicitudine externa. subinter
uacare spiritualit' incipit: et
ul' lectionib; sacris. ul' oratio
nib; sanctis. ul' lacrimis secre-
tis. exercendo se curare nõ cess
at. Nam consurgit de nocte:
cũ adagendam ẽ primoz
curam se sollicite accingit: atq;
componit. Dat namq; p'dã
domesticis suis: cum eos ab
antiquo hoste docendo eripere
procurat. societatiq; illoz qui
in fide pcesserunt reconciliat.
Dat et ancillis cibaria: cum hu
miles quosq; et debito timore
sua iussa seruantes ne in labo
re lacescant. superne mercedis
remuneratione reficit. Consi
derauit agrum: et emit eum.
Agrum dicit possessionem
superne hereditatis. Vñ isaac
ait. Ecce odor filij mei: sicut
odor ag' pleni cui benedixit
dominus. Quem considerauit

eccl'a. siue queq; electa anima
et emit: quia studio se dedicat
que sunt gaudia uite perhen
nis. et pro eorum perceptione q̃c
quid potest laborare conten
dit. Alit'. Considerauit agrum
.i. orbem uniu'sum. et emit eum:
cũ missis doctorib; talentum
u'bi commisit. ut credentes feli
cissimo x̃ mancipatu subderet.
De fructu manuum suarum:
plantauit uineam. Planta
uit autem uineam: cũ in ag'
mundi de nouis credentium
populis fecit ecclesiam. et eam
plena euangelice ueritatis
institutione firmauit. Quã
uineam de fructu manuum
suarum plantauit. quia
n̄ solum u'bo apl'i apl'orumq;
successorum: s; et miraculo et
bone operationis doctrina credẽ
tes instruxit. s; et usq; hodie
et usq; ad finem secli scã eccl'a
sollicite pquirit quos ad fi
dem ẽudire possit: et quos sciq;

dociles inuenerit. hos clam pre-
cium dedi in seruicium x̄pi emit.
atq; in eis uineam x̄pi plantare.
uel potius eos uineam x̄pi facere
satagit. Accinxit fortitudine
lumbos suos: et roborauit bra-
chium suum. Accinx̄ ergo eccl̄a
lumbos suos fortitudine: qui
cum supernorum desideriis intēta.
carnalib; illecebris summouere
despexit. Roborauit brachium
suum: cum se ad agenda uir-
tutum opera preparauit. Et bene
lumbos. primo fortitudine acci-
gere. ac postmodum roborare bra-
chium dicitur: quia nimirum. actio
boni operis. acceptabilis esse do-
mino non ualet: si non sluxa luxu-
rie. quis prius a carne simul.
et mente restringat. Gustauit.
et uidit: quia bona est negotia-
tio eius. Negotiatio eius. ag-
rumq; illius significat: de quo
supra dicit. Considerauit agrum:
et emit eum. Gustauit igitur eccl̄a.
siue anima sancta. intimo me-
tis desiderio: et cognouit quia
bona est negotiatio uite inmar-
cessibilis. quia in delictis illece-
bris temporalib; etiam mercā-
tur in celis. Non extinguetur
in nocte: lucerna eius. Eorum
namq; lucerna. nocte extingui-
tur: qui sicut dominus ait ad tē-
pus credunt: et in tempore temp-
tationis recedunt. Sed et illorum
nocte media. extinguetur lu-
cerna: qui ueniente iudice. ole-
um caritatis in uasis precordiorum
suorum non habebunt. Sancte uero ec-
clesie lucerna. non extinguitur in noc-
te: quia cum a negotio quies-
cit actionis. uacat libentius lu-
ci. superne contemplationis.
Manum suam: misit ad fortia.
Fortia dicit. perfecta in x̄ cari-
tatis opera: ut ipse domi-
nus ait. Diligite inimicos uestros:
bene facite his qui oderunt uos.
et orate pro persequentibus et calum-
niantibus uos. Et illud. Si uis
perfectus esse: uade uende omnia

que habes. et da pauperibus. Nam et de eius fortitudine: alibi dixit. Regnum celorum uim patitur: et uiolenti rapiunt illud. Et digiti eius apprehenderunt fuſum. Solent femine nentes. fuſum in dextera colum tenere in ſiniſtra. In colo enim lana inuoluta est: que filo ducenda et nenda. tranſeat in fuſum. Dextera uitam perpetuam: leua preſentia dei dona ſignificat. Id est opulentiam rerum. pacem temporum. proſperitatem corporum: ſcientiam ſcripturarum. Hec et ſimilia bona cum domino largiente percipimus: quaſi lanam colo inuolutam. in leuam geſtamus. Accincta pro amore celeſtium. exercere incipimus: iam lanam agni inmaculati. de celo in fuſum. id est de leua in dexteram trahimus: quia de donis nostri redemptoris. de exemplis operum eius. ſtolam nobis glorie celeſtis: ac ueſtem caritatis. et nuptialem facimus. Digiti namque quibus apprehendere fuſum dicitur: ipſam intentionem diſcretionis. qua quiſque operatur inſinuat.

Manum ſuam aperuit inopi: et palmas ſuas extendit ad pauperem. Hec et de operibus elemoſinarum. que generaliter fiunt in pauperes. accipi potest: ſed melius de uerbo dei. quod indumentum ſalutis animabus confert. intelligitur. Aperuit eccleſia manum inopi: cum uniuerſa fidei. ignorantibus populis ueritatis reuelauit. Palmas extendit ad pauperem: cum late. longeque predicatores. ad inbuendas eterne ſalutis. indignas nationes diſperſit.

Non timebit domui ſue: a frigoribus niuis. Frigora niuis: corda ſunt reproborum. perfidie ſue torpore rigentia: quibus habundat iniquitas. et refrigeſcit caritas. Non timebit ergo

ecclesia domui sue. a frigoribus niuis: quia domino protegente credit. quia porte inferi. non preualebunt aduersus eam.

Omnes enim domestici eius: uestiti sunt duplicibus. Vestiti sapientia: ad refellendas hereticorum doctrinas. Vestiti patientia: ad repellendas peruersorum hostium pugnas. Siue induti sunt domestici ecclesie duplici ueste. una operis: altera mentis. id est fidei et operationis. et sacramentis uidelicet sue redemptionis imbuti: et informati exemplis. Vel certe uestiti sunt duplicibus: quia permissionem habent uite presentis et future. Nunc in peregrinationem temporali adiuti: tunc in patria perpetua ubi semper felices uiuant. gratia diuina alleuati.

Stragulatam uestem fecit sibi. Stragulata uestis. que uariante textura. solet firmissima confici: fortia ecclesie opera et diuersa uirtutum eius ornamenta significat. De quibus psalmista in laude summi regis: cecinit dicens. Astitit regina a dextris tuis. in uestitu deaurato: circumdata uarietate.

Byssus: in castitate pure conuersationis. purpura in effusione preciosi sanguinis. Hinc enim pulcre dictum est a patribus. quia sancta ecclesia electorum floribus: uernans: in pace habet lilia. in bello rosas. Bysso ergo induitur ecclesia: cum castigant corpora sua electi. et seruituti subiciunt. Purpura: cum eandem continentiam non ob fauorem uulgi. sed pro adquirenda beatitudine regni perhennis exercent.

Nobilis in portis uir eius. Vir sancte ecclesie. uel cuiuscumque anime fidelis: dominus est. Qui uidebatur ignobilis: cum ante tribunal presidis staret iudicandus. cum probra. flagella. sputa. crucem. mortemque susciperet. Sed nobilis appa-

redit: cum venerit iudicatu-
rus orbem in equitatem. Et
omnes angeli cum eo. Et tunc
congregabuntur ante eum
omnes gentes. Quando sede-
rit cum senatoribus terre.
Ipse enim contemptibilis
putatur a multis: paganis
videlicet et iudeis. hereticis.
sive prave viventibus christianis.
Ubi seculi finis advenerit: et ingre-
ssum patrie celestis aperuit: ex-
celsus cunctis apparebit no-
bilis. et sublimis. sedens cum
senatoribus terre. Illis videli-
cet: quibus ipse promittit di-
cens. Amen dico vobis quia
vos qui secuti estis me in re-
generatione cum sederit fi-
lius hominis in sede maies-
tatis sue: sedebitis et vos super
duodecim sedes. iudicantes
duodecim tribus israel.

Sindonem fecit: et vendidit.
Sindones sindonis: subti-
lis intexto signatur sancte
predicationis. In qua molli-
ter quiescitur: quia mens. in-
tima fidelium sic superna refove-
tur. Unde et pectore. animalia in
lineo demonstrantur: quia pre-
dicatorum anime misericor-
die adgregata. in blanda fi-
dei quiete continentur. Hanc
ergo sindonem fecit ecclesia: et ven-
didit: quia fidem quam cre-
dendo texuerat. loquendo de-
dit. et ab infidelibus. vitam
recte conversationis accepit.

Et cingulum tradidit cha-
naneo. Chananeo cin-
gulum tradidit ecclesia: quia
rigorem demonstrare iusti-
tie. fluxa opera gentilitatis.
adstrinxit. Ut hoc quod
illis precipitur: retinendo te-
neatur. Ut illud. Sint lum-
bi vestri precincti: et lucerne arden-
tes. Bene et enim canaan no-
mine. qui et gentilium est po-
pulo peraratus. interpretatur
commutatus. conversa ad fi-

deum gentilitatis designatur:
que felicissima commutatio
ne a uiciis ad uirtutes. a diabo
lo transmigrauit ad xpistum. Et im
pletum est illud uaticinium
psalmi. Audi filia et uide et in
clina aurem tuam: et obliui
scere populum tuum. i. uitia et peccata.
Et domum. i. hostis antiqui:
et sic concupiscet xpistus rex de
corem tuum.

Fortitudo et decor: indumen
tum eius. Fortitudo ad to
lerandum pressurarum in aduersita
tem: decor ad exercendam uir
tutum gratiam. Fortitudo quia
persecutionem patitur propter iusti
tiam. Decor: quia operatur ius
titiam. Similem huic senten
tiam. psalmista de domino po
suit dicens. Dominus regnauit.
decorem induit: induit dominus for
titudinem. Cum enim predicaret dominus
euangelium regni: aliis place
bat. aliis displicebat. alii bene
loquebantur. alii detrahebant. lace
rabant. mordebant. conuiciabantur. ad
eos ergo quibus placebat: decorem
induit. ad eos ergo quibus dis
plicebat: fortitudinem. Imi
tare ergo et tu dominum tuum: ut
possis esse uestis ipsius. Esto
cum decore ad eos. quibus pla
cent bona opera tua: esto fortis
ad susurrones detractores. Et ridebit
in die nouissimo. Ridebit
.i. gaudebit in retributione
regni celestis: que debebit in
certamine uite presentis. Ad hoc
et enim scriptum est pro gaudio
risum ponere: sicut et dominus
ait. Beati qui nunc fletis:
quia ridebitis. Et beatus iob.
Os sanctorum dilectos: replebitur risu.

Os suum aperuit sapientie
ad hoc tantum loquens.
Os aperuit. ut sapientiam do
ceret: iuxta illud apostoli. Omnis
sermo malus: ex ore uestro non pro
cedat. Sed si quis bonus ad edi
ficationem fidei: ut det gratiam
audientibus. Vt certe. os cordis
aperuit ad discendam ab ipsa

ſapientia intus veritatem: quam alios foris doceret. Uni que aũ ſenſu. quia utrumq; facit eccl'a: conuenit apte qđ ſequitur. Et lex clemẽ tie. in lingua eius. Lex uide licet illa: que n̄ ſtatim more legis moyſaice peccantes puniret: ſ; miſericordit̃ ad penitentie remedia reuocaret. Cuius exemplum clemẽ tie: ab ipſa dei ſapientia domino et ſaluatore nr̄o. manifeſte ꝑcipitur. cum oblata ei peccatrice muliere. ſiquis inquit ſine pc̄o ē ur̄m: primus in illam lapidem mittat. Et ſic eam accuminę. qđ patiretur ſub conditione: amplius nō peccandi miſeratus abſoluit.

Conſiderauit ſemitas domus ſue: ⁊ panem ocioſa n̄ comedit. Ocioſa panem n̄ comedit: quia h qđ de sacro eloquio intelligẽdo percepit: ante eṫni iudicis oculos. exſequendo opib; oſtẽ dit. Item domus mulieris. habitacio eſt patrie celeſtis. Semite domus illius. p̄cepta iuſticie: quib; ad eṫne uite manſionem ꝑuenitur.

Quas profecto ſemitas anima bene conſiderat: cum et diligenter. quibus actibus ad ſuperna ꝑuenire debeant inſpicit: ⁊ que agenda didicit. ſedula exercere non deſiſt̃. Panem quoq; ocioſa non comedit: cum ſacrificium dn̄ici corporis ꝑcipiens. ſtudet imitari actu. quod in miniſterio celebrat: multum ſollicita. ne indigne. panẽ domini comedendo. et calicem bibendo. iudicium ſ͠ manducet et bibat. S; ut patiẽ do ꝑ x̄ ac lacrimas fundẽdo. boniſ quoq; actib; inſiſtẽdo: paſſionis exempla ipſius. quantum ualet ſequitur.

Hoc et simpliciter accipi:
quia panem ociosa non come-
dit. Mulier fortis: iuxta il-
lud apostoli. qui non operatur.
nec manducet. Et ipse de se.
Quoniam ad omnia que michi opus er-
ant: et his qui mecum sunt:
ministraverunt manus is-
te. Unde merito luxuriantes
viduas arguens: ad iungit.
Simulant et ociose discunt.
circuire domos: non solum
ociose: sed et verbose et curiose.
Surrexerunt filii eius:
et beatissimam predica-
verunt. Quod futurum pro
certo noverunt: more prophetico
quasi iam factum refert.
Surgent enim filii ecclesie: vi-
delicet omnes electi in novis-
simo. carnis inmortalita-
te donati et tunc matrem
suam. que ex aqua eos et
spiritu sancto genuit beati-
ssimam predicant: que
nunc ab infidelibus. quasi
misera contempnitur. Ete-
nim sicut apostolus ait. Si in hac
vita tantum sperantes sumus
in christo: miserabiliores sumus
omnibus hominibus. Quia vero
pro vita alia in presenti mortifica-
mur: merito cum apparuerit
quod erimus. matrem nostram
que ex omnibus unius collecta.
una est columba. sponsa. et
amica vocatur: beatissimam
predicabimus. Hoc etiam quod
dicit. surrexerunt filii eius. et
beatissimam predicaverunt:
etiam in hoc tempore convenien-
ter accipi: cum quilibet fide-
lium transcensis seculi erum-
nis. ad celestia regna perduci-
tur. Sedere namque: ad humi-
liationem aliquotiens: surgere
ad gloriam pertinet. Surgunt ergo
filii ecclesie: beatissimam enim pre-
dicant: cum celestibus bo-
nis sublimati. quanta sit
illius patrie beatitudo. cuius
participes esse meruerunt: at-

piciunt. et hanc debitam lau
dationem. in diuina uisione
concelebrant.

Vir eius. et laudauit eam.
Laudauit eam uir ipsius:
cum bona. que p̄senti sc̄lo ip̄e
donat: in futuro remunera
bit. dicens in iudicio. Venite
benedicti patris mei: percipite
regnum. quod uob' paratum
ē ab origine mundi. Quia esu
riui. et dedistis michi mandu
care. et cet̄a. Et quidem. ipse
primitie dormientiū resurrex̄
a mortuis: s; in die iudicij ma
nifestius omnib;. quod sua
laude dignos iudicauerit.
Quanta sit. eiusdem sue re
surrectionis gl'a: manifesta
bit. Quib' aū ūbis. eam lau
det: consequent' ostenditur.

Multe filie. congregau'ūt
diuitias: tu supgressa
es uniūsas. Multas filias di
cit ecclesias hereticor̄. 7 malor̄
turbas catholicorum: que
filie dicuntur uel x̄ uel ecclie.
que ex ipsis sunt. diuinas uero
sacramentas: et adoptionē filio
rum quam n̄ custodire p̄cepe
runt. Vn̄ et iohānes dic̄. De nob'
exierunt: s; non erant ex nob'.
Que congregauerunt diui
tias: uidelicet bonor̄ operum
orationes. ieiunia. elemosi
nas. afflictionē. et castimoniā
carnis. continentiā lingue.
meditationē scripturarum:
et cet̄a huiusmodi. Que n̄ sunt
diuitie sp̄s: n̄ pura mentis
sinceritate gesserunt: ū aūm
sine fine. que p dilectione opa
tur fiunt: michi agentibus
p̄sunt. S; et ille filie. firmiter co
gregauerunt diuitias: de q̄b'
dominus ait. Multi dicent
m̄ in illa die dn̄e dn̄e. n̄ ne
in nomine tuo p̄phetauim'?
et in nomine tuo uirtutes
multas fecimus? Et tunc cō
fitebor illi quia numq̄m no
ui uos. S; omnis huius modi

filias ecclesia catholica super
greditur: que fide casta. et
opere perfecta. redemptoris sui
uestigia sequitur.

Fallax est gratia: et uana
est pulcritudo. Fallax est
gratia laudis. quam ab ho
mine accipit: uana pulcri
tudo castitatis. uel operationis
bone. quam omnibus ostentat
anima. que timore caret diuino.

Mulier que timet dominum: ip
sa laudabitur. Illa ani
ma cuius conscientia sincera
est: uere est. et laude digna: qu
ia timorem dei. in omnibus ser
uat. Timor enim: principium cuncta
rum custosque uirtutum: scriptura dicen
te. Timor domini. principium sapien
tie. et iterum. Qui timet dominum: nich
il negligit. Hic est enim quod ideo
beatus iob. et in prosperitate uirtutibus.
incomparabiliter floruit et in
aduersitatibus. insuperabiliter
hosti permansit. quia ueraciter
dicere potuit. Semper enim
quasi tumentes. super me:
fluctus timui dominum: et pondus
eius. ferre non potui. Fallax
ergo simulatorum gratia: ua
nus decor operis stultorum. Ec
clesia autem que in timore incolatus
sui. tempore conuersatur: quo
ardentes uirtutum lampa
des. ueniente ad iudicium
suo sponso offert: uere adeo
laudata. ianuam cum eo
regni celestis intrabit. Quali
ter eam laudet: continuo uersu
docetur.

Date ei de fruc
tu manuum suarum: et laudent
eam in portis opera eius. Hic sunt
enim uerba uiri illius: de quo
dictum est. Vir eius. et laudabit
eam. Id est dominus et saluato
ris nostri: qui angelis in fine pre
cepturus est. ut ecclesiam post huius
uite certamen post tribulationem.
afflictionem terrestrium. ad ce
lestis regni gaudia introdu
cant. ac uite inmortalis sibi
sotia congregent: iuxta illud
euuangelicum. Triticum

aũ: congregate in orreum
meum. Date ei de fructu
de fructu manuum suarum:
quia fructum sp̄s ferre ei
muit. caritatē. gaudium.
pacem. longanimitē. boni
tatem. modestiam. continē
tiam. fidem patientiam.
Per hoc: illi debitam reprehendi
te mercedem. Et laudant
eam in portis: hoc ē in iudicio
siue in ingressu patrie ce
lestis. Non hominum fauo
re super uacuo: sȝ operum ipsa
que fecit examinantē. proban
te. ac remunerante illo cuius
hec donante gr̄a perficit. Ad q̊
ut laudari mereāmur: insti
tuto concedat ipse, perpetuus.
nos enim dignis in p̄senti
uita collaudare seruitijs
A. M. E. N.

J. saye prophete.

Expecta respecta mãda
et remanda. modicum
ibi modicum ibi. hec ũba
prophē ad dn̄m intercedentis pro
uideris: quasi diceret. O dn̄e
qui in tempore prophetarum
et in tempore filij tui expec
tasti: respecta in tempore ap
l'oꝝ. et in tempore suorum disci
pulorum. ut conūterentur:
et o tu domine qui mandas
ti eis per prophetas sr̄ et filium
tuum ut conūterentur: mã
da iterum per apl'os. et reman
da per suos discipulos: quia
modicum rationis ē ibi. i.
in principib; et phariseis. et
modicum rationis ē ibi. i.
in minoribus. Vel ita pot' dici
ad unum quemq; fidelē:
conquerentē de dilatione
p̄mij. O tu fidelis cui nimis
uidetur differri p̄mium:
expecta in ad ũsitate ne de
ficias et respecta in p̄speri
tate ne extollaris. et si di
fficilis meritis tuis: mãda
per archangelos et angelos.
et remanda. i. iterum mã

cia purgantes et confessoris ad
dominum parte intercedere quia mo-
dicum est. i. modicum tempus
est usque accipias premium tuum
secundum animam cum recesserit
a corpore. et modicum tempus
est usque accipias premium tuum
secundum corpus et communem re-
surrectionem. quamvis videatur
longum.

Incipit vita antichristi ad Ka-
rolum magnum ab Alcuino edita

IN primis proferendum est quare
antichristus dicitur. Ideo scilicet
quia in cunctis Christo erit contra-
rius. Faciet enim que Christo sunt
contraria. Christus venit humi-
lis: ille venturus est superbus.
Christus venit humiles et pec-
catores iustificare: ille econ-
trario humiles eiciet. pecca-
tores magnificabit. impios
exaltabit. semper vitia que sunt
contraria virtutibus doce-
bit. legem evangelicam
dissipabit. demonum cul-
tum in mundo revocabit.
gloriam propriam queret. et om-
nipotentem se nominabit. Hic itaque
antichristus et multos habet sue ma-
lignitatis ministros. ex quibus
multi in mundo iam precesserunt.
Qualis fuit anthiocus. domi-
tianus. Nunc quoque in nostro
tempore multos antichristos no-
vimus. Quicumque enim lai-
cus. sive monachus. sive canoni-
cus. contra iusticiam vivit:
quia ordinis sui regulam in-
pugnat. et quod bonum est bl-
asphemat: antichristus et minis-
ter sathane est. Sed iam de exor-
dio antichristi videamus. Hoc autem
testor in Christo quod dicturus
sum: ex proprio sensu [illegible] non
fingo. sed in libris autenticis
diligenti op[illegible]ter relegendo.
Hec omnia invenio. Sicut auc-
tores nostri dicunt: antichristus ex
proprio iudeorum nascetur. ex tribu
scilicet dan. secundum prophetiam
dicentem. Fiat dan coluber

in via: cerastes in semita, mordens ungulam equi ut cadat ascensor eius retro. Sicut serpens sedebit in via: et in semita erit ut eos qui per semitam iustitie ambulaverint feriat: et veneno sue malitie occidat. Nascetur autem ex patris et matris copulatione, sicut alii homines, non ut quidam fabulantur de sola virgine. Nec de presbytero et monacha sicut et alii dicunt. Sed de immundissima meretrice et crudelissimo nebulone. Totus in peccato concipietur, in peccato generabitur, in peccato totus nascetur. In ipso vero sue generationis primordio diabolus simul introibit. Intrabit autem in uterum matris sue caput superbie, magister erroris. Plenitu[illegible]do malitie que posita in suo. Ait beatus Gregorius. Statum potentie sue non perdidit, ut deiectus. Cuius virtus tecta vero ostensa adhuc non ostenditur: quia dispensatio

divinitus incathenatus tenetur: tunc dissolvetur et exiet per illud suum vas terribilis. Seducet gentes. Hic enim de quo Iohannes in apocalypsim ait. Vidi angelum descendentem de celo, habentem cathenam magnam, et clavem abyssi in manu tenentem. Et apprehendit draconem qui est diabolus et sathanas, et clausit eum per mille annos. Et post mille annos solutus exibit, seducetque gentes et cetera. Hic est super omnes filios superbie, cuius virtus semper cum illo erit. Et sicut in matrem domini nostri Ihesu Christi spiritus sanctus descendit, et eam sua virtute obumbravit: et divinitate replevit, et ut spiritu sancto conciperet, et quod nasceretur divinum esset et sanctum: ita quoque diabolus in matrem antichristi descendet, et totam eam replebit, et totam eam circumdabit, et totam eam interius et exterius possidebit, ut

diabolo per hominem cooperante concipiatur. ut quod natum fuerit: totum sit iniquum. totum malum. totum perditum. Et ob hoc ille homo filius perditionis appellatur: quia in quantum poterit hic totum genus perdet. et ipse in novissimo perdetur. Ecce autem dicta nativitatis qualitate: locum ubi debeat nasci audite. Nam sicut dominus ac redemptor noster bethleem sibi previdit ut ibi pro nobis humanitatem assumeret et nasci dignaretur: sic diabolus illi perdito homini qui antichristus dicitur. locum novit aptum: unde radix malorum oriri debeat. scilicet civitatem babilonie. In hac enim civitate. que quondam fuit inclita et gloriosa et caput regni persarum antichristus nascetur: et in civitate bethsaida. et corozaim. nutriri et conversari dicitur. Quibus dominus in evangelio improperat dicens. ve tibi corozai. ve tibi bethsaida. Habebit enim antichristus magos. et ariolos maleficos. et incantatores. et divinos. qui eum nutrient: et docebunt et imbuent omni iniquitate. et falsitate. et nefaria arte. et maligni spiritus erunt duces eius. et socii semper. et comites indivisi. Deinde iherosolimam veniens: omnes christianos quos ad se convertere non poterit. per varia tormenta iugulabit et suam sedem in templo sancto parabit. Templum etiam destructum quod salomon fecit deo: tunc edificabit. et in statum suum restaurabit. et circumcidet se et filium omnipotentis dei se esse mentietur. Reges autem et presides. et principes. ad se primum convertet: et deinde per illos ceteros populos. Loca vero per que dominus noster ihesus christus ambulavit: ipse perambulabit. sed prius destruet quod deus illustravit. Deinde per universum orbem nuntios mittet. et predicatores suos.

Predicatio autem eius tenebit a mari usque ad mare. et ab oriente usque ad occidentem. et a meridie usque ad septentrionem. Faciet quoque signa multa et miracula magna et inaudita. Faciet de celo ignem venire terribiliter. Arbores subito florere et arescere. Mare turbari. et subito cessare cursus. et ordinem commutari. aera ventis commoveri tribus multis agitari et cetera que mirabilia et stupenda. Mortuos quoque in conspectu hominum resuscitari: ita ut in corpore inducantur. ut homines decipiantur: si fieri potest et electi. Sed mendacia erunt: et a veritate aliena. quia per magicas artes et fantasiam deludet homines. sicut et Simon magus illum qui putavit eum occidere arietem decollavit pro eo. Cum enim talia signa viderint: et illi qui perfecti et electi dei erunt dubitantes utrum sit ipse Christus qui in fine mundi secundum scripturas venturus est: an non. Excitabit persecutionem sub omni celo super christianos et omnes electos. Surget itaque se contra fideles tribus modis. terrore. muneribus. et miraculis. Dabit in se credentibus auri et argenti copias. Tempore enim suo cunctos thesauros absconditos revelabit. Quos autem muneribus corrumpere non poterit: signis et miraculis seducere temptabit. Quos nec signis poterit: in conspectu omnium miserabili morte cruciatos crudeliter necabit. Tunc erit talis tribulatio qualis non fuit super terram ex tempore quo gentes esse ceperunt usque ad illud tempus. Tunc qui in agris stabunt fugient ad montes dicentes in domum suam ut tollat aliquid ab eam. sed se ipsum dabit precipitem. Tunc omnis

fideles qui inventi fuerint:
aut deum negabunt. aut per fer
rum. sive per ignem fornacis.
sive per bestias. sive per aliquod
aliud genus tormentorum in
teribit: si in fide permanserint.
Hanc autem tribulationem. iii. annis
permanebit et dimidio. Sed
abreviabuntur dies propter electos.
Nisi dominus abreviasset dies:
non fieret salva omnis caro. De
tempore sicque de quando idem antichristus veniat vel quando
dies iudicii apparere cepit: Pau
lus apostolus in epistola ad tessaloni
censes dicit. Nisi venerit discessio
primum et revelatus fuerit homo peccati
filius perditionis et cetera. Scimus autem quia
post regnum grecorum sive
post regnum persarum ex quibus
unum quodque in suo tempore
magna gloria viguit et magna
potentia floruit. Ad ultimum
quoque post cetera regna: regnum ro
manorum cepit. quod for
tissimum omnium fortissimorum
erat. et omnia regna terrarum
sub dominatione sua ha
buit. Omnes quoque nationes
subiacebant et serviebant ei
sub tributo. Inde ergo dicit
apostolus antichristum non antea ven
turum esse nisi venerit disce
ssio primum id est omnia reg
na mundi discesserint. Pri
mum a romano imperio
cui prius subdita erant.
Hoc tempus nondum venit: quia
licet videamus romanorum reg
num ex maxima parte iam
destructum. tamen quamdiu re
ges francorum duraverint qui
romanum imperium tenere de
bent: dignitas romani im
perii ex toto non peribit. quia
stabit in regibus suis. Di
cunt quoque doctores nostri
quod unus ex regibus francorum:
romanorum imperium ex integro
tenebit. qui in novissimo
tempore erit. Et ipse ma
ximus omnium regum et novis
simus erit. Qui po
stquam regnum suum gu

gubernaverit feliciter: ad ultimum
ihierosolimam ueniet. et in mon
te oliueti sceptrum suum et
coronam deponet. Hic erit finis
et consumatio romanorum
et christianorum imperij. Se
cundum predictam apostoli sententiam
antichristum dicunt mox futurum. quia
tunc reuelabitur ille homo pe
ccati qui dicitur antichristus. Qui licet
homo fortis. tamen erit hominum pec
cator. et filius perdictionis.
et filius diaboli. non per naturam
sed per imitationem. quia per omnia ad
implebit diaboli uoluntatem.
quia plenitudo diabolice po
testatis et totius malicia inge
nij in eo habitabit. in quo erunt
omnis thesauri absconditi ma
licie et iniquitatis. qui adver
satur et contrarius est christo. omnibusque
membris eius. E rigetur in superbiam
se super omne quod dicitur deus. et super omnes
qui secundum psalmistam dij dicun
tur. Ego dixi dij estis. et cetera. et
super omnis deos gentium. Her

culem uidelicet et appollinem. et
iouem. et mercurium. quos pa
gani deos existimant. Super omnes
istos deos extolletur antichristus. quia
se maiorem et fortiorem faciet
omnibus. Et non solum super hos.
sed et super omne quod colitur. et
super omnem ciuitatem. et super
sanctam trinitatem. que sola colenda
et adoranda ut creator omni
a sua creatura. Itaque se extol
let ut in templo sedeat. osten
dens se tamquam sit deus. Nam
sicut supra diximus in ciuitate
babilonie natus iherusalem
ueniens circumcidet se: dicens
iudeis. Ego sum christus uobis repromissus.
qui ad salutem uestram ueni.
ut nos qui nos qui dispersi
estis congregarem et defendam.
Tunc ad eum omnis iudei con
current: et existimantes christum re
cipere. recipient diabolum
secundum quod dominus in euuan
gelio dicit iudeis. Ego ueni
in nomine patris mei et non

recepistis me.

receptiſtis me. Sed aliuſ ue-
niet in nomine ſuo: hunc
recipietis. Secundum exquiſitionis li-
bris habemus: tempore pre-
dicti regis cuius nomen erit ci-
ro. Rex romanorum totius im-
perii. ſtatura grandis. aſpec-
tu decorus. uultu ſplendidus.
et per ſingula lineamenta de-
center compoſitus. euius diuitie
magne et tunc dabit fructum
ſummum. ita ut tritici modius
uno uenundetur denario unum
ſimiliter. Tunc exurgent ab
aquilone ſpecioſe gentes quas
alexander rex incluſit. go-
th. et magoth. hii ſunt duode-
cim regna quorum numerus
eſt ſicut arena maris. Quod
cum audierit rex romanorum:
conuocato exercitu debella-
bit eos. et proſternet eos uſque
ad internecionem. Hic ſemper ha-
bebit pre oculis ſcripturam ita
dicentem. Rex romanorum ui-
dicet ſibi omne regnum te-
natum. Omnes ergo inſulas
et ciuitates paganorum deuaſ-
tabit: et in menſa idolorum templa
deſtruet. et omnes paganos ad
baptiſmum conuocabit. et per
omnia templa crux Christi erige-
tur. Iudei quoque tunc conuertentur
ad dominum. In diebus illis ſal-
uabitur iuda: et iſrael habi-
tabit confidenter. Impletis illis
duodecim annis regni eius: ueniet
et ierusalem. et ibi ut dictum est
depoſito diademate: relinquet
deo patri et filio eius ihesu christo
regnum christianorum. et erit ſepul-
crum eius glorioſum. Tunc inue-
nientur in mundo duo magni
prophete: helias uidelicet et
enoch. qui contra impetum
antichristi fideles diuinis armis
premunient. et inſtruent eos
atque firmabunt. et preparabunt
ad bellum. Tunc implebitur
quod ſcriptum dicit. Si fuerit
numerus filiorum iſrael ſicut arena
maris: reliquie ſalue fient.

Postquam impleverint predicationem suam: insurget in eos antichristus. et interficiet sicut in apocalipsi dicitur. Et cum finierint inquit testimonium suum: bestia que ascendet de abysso faciet adversus eos bellum et vincet illos. et occidet. et cetera. Ipsis vero occisis: post duos dies a domino suscitabuntur. Post fideles persequens gladio perdet. aut apostatas faciet. Et quicumque ei crediderint: signum caracteris in fronte suscipient. Sed quia de eius initio et vita docuimus: quem habebit finem dicamus. Hic namque antichristus diaboli filius. et totius malitie pessimus artifex: cum per tres annos et dimidium totum mundum vexaverit. et in fide permanentes martirio coronaverit: ad ultimum veniet iudicium dei super eum. sicut beatus paulus scribit dicens: quem dominus ihesus interficiet spiritu oris sui. et destruet illustratione adventus sui: quia tanta eminentia splendoris christi ut prestigo[..]rum luminis sordibus ventis, excessum emittis. totus continuo sic premoriet peribit. Tradunt quoque doctores ut ait gregorius papa: quod michael archangelus perimet illum in monte in papilione. et in solio suo. in loco illo de quo dominus ad celos ascendit. Quod intelligendum potest esse: quia si michael dei faciem veniens ad iudicium perveniens interficiet: non sua virtute sed divina iussione. Docuerunt similiter doctores: quod [..]num ex libro danielis. xl. diebus in caritatis et caritatis ad penitentiam concedet. propterea quod sunt ab antichristo seducti. Postquam vero hanc penitentiam. et quanti temporis postea fiet: omnino arbitror quod nullus sciat. sed in dispensatione dei manet qui iudicavit seculum per ignem.

E l H l b

Egidius scripsit. semper cum domino vivit.

173

174